



Prax 518; Landwehr V, 600 : ER

Mit 150 Kupftaf. v. Saedeler

A. d. Slg Lambert Krahe

B i b l i o t h e k  
der  
Königlichen Kunst-Akademie  
zu Düsseldorf.

Nr. des Catalogs.

Nicht ausleihbar





UNIVERSITÄTS- und  
Landesbibliothek Düsseldorf



Cum Priuil. Summi Pontif. & Sac. Cæs. M<sup>is</sup>




21

~~Pata~~

K. W. 341 (40)

(1-3)



SYMBOLA  
 DITIA & HUMANIA  
 PONTIFICVM  
 IMPERATORVM  
 REGVM  
 ACCESIT DICVM &  
 FACILIS LAGOGIC  
 MACHTONIA

WILHELMUS CANNON  
 1791



## CANDIDO LECTORI.

**N** TIBI JAM IN CON-  
spectu sunt, quae in Museo Stradii, veluti  
in tenebris erant. Vtere, frueri, non  
contemplare modò. Nam si paulò peni-  
tius introspexeris; videbis, non tam ocu-  
los quam animum pasci, quod magnis il-  
lis viris propositum est: qui arguta brevitate, ingentia volu-  
mina superant: Et ut Sol exiguo quandoq; radio specum col-  
lustrat, pateat licet longè ac latè; ita animum totum corripunt,  
ac fugatis errorum tenebris, vera pietate, solida virtute imbuunt.  
Distinguere necessarium non est, quae discrimina in proscenio cernis.  
Et ex ipso illo indice satis apparet, non è trivio lecta, quae abs Antiquario Caesaris, magno studio, industria,  
Et opere collecta. Igitur non commendo tibi, quae prima facie arrident tibi:  
Et per oculos mentem sincero amore subeunt, placere enim non possunt non animis ingenuis suapte  
nature, Ego verò quid accendam te amore eius, cuius desiderio video te conflagrare?  
Quamobrem vale, Et, uti dicebam, frueri munere, cuius utilitas cum voluptate certat. Si  
tegratum sensero, majora non, sed alia atq; alia meditabor.

### IDEM EIDEM.

**N**on me fefellit meum, de sententia tua, iudicium. Ita  
ubertim distrahuntur Symbola, quae ego contraxi,  
Et quasi in acervum, tanto studio atq; sollicitudine coacervavi.  
Sed quod multi sint, qui quae vident, scire cupiant, ut in Prothyro magna beatæq; domus, scita emblemata,

Et ingeniosas imagines; nec habeant quem percudentur  
 semper; in seruitum est, non paucorum, sed omnium commo-  
 dis, atq; honesto desiderio. Revocato enim sub incudem operi  
 Isagogen adunxi, ut semper habeas, cum *Mysteriis Mysta-*  
*gogum*: Et me simul intelligas, tua benevolentia studi-  
 osiorem esse, quàm questus mei. Iterum va-  
 le. Praga, ipsis Dionysii. An-  
 no primi huius se-  
 culi.





# Hierographia.

*Nobis est significatio rei aut personæ sacrati-  
or: notis, aut litteris: non tam expres-  
sa, quàm impressa.*

## SACRATOR.

Dicitur, non tantùm quòd inventio sacra sit: aut res ipsæ  
Paganis omnes ferè sacræ, imò plerunq; ritu divino  
habitæ; sed quod mysteriorum instar,  
plus abstant, quam pro-  
mant.

## NOTIS.

Picta, sculpra, celata intelligimus.

## LITERIS.

Scripta, Scribuntur Literæ, Syllabæ, Voces, Sententiæ.

*Dividimus igitur Hierographiam*

In { Hieroglyphicon  
&  
Symbola } Id est { Picturam  
&  
Scripturam.

*Hac annotasse distinctionis caussa sufficerit.*

*Quæ duobus libris ad Imper. Rudolphum  
II. scripsimus.*



A 3 INDEX


# INDEX HIERO- GRAPHION.

|                            |         |
|----------------------------|---------|
| S. Eucharistiæ,            | VIII.   |
| S. Crucis,                 | XIV.    |
| Pont. Max,                 | XXX.    |
| Cæsarum                    | XXXIX.  |
| Mahometanorum              | IV.     |
| Regum Hispaniæ             | XXXVII. |
| Regum Galliæ               | XLVIII. |
| Regum Angliæ               | XXI.    |
| Regum Scotiæ               | X.      |
| Regum Portugaliæ           | XII.    |
| Regum Siciliæ              | VIII.   |
| Regum Hierusålem           | IV.     |
| Regum Hungariæ & Poloniæ   | XIIX.   |
| Regum Sueciæ & Daniæ       | VI.     |
| Regum Navarræ              | X.      |
| Regum Austriæ              | II.     |
| Regum Cypri                | II.     |
| Regum Burgundiæ & aliorum, | IV.     |

*Alia sunt simplices: alia duplices:  
Vna triplex.*



Prima



*prima Hierographia simplex*

CARO MEA VERE EST CIBUS


SANGVIS MEVS VERE EST POTVS

HONOS GLORIA SOLI DEO IHS

SEMINE AB ÆTHEREO

II HIEROGRA. GEMINA

CONSILIO FIRMATA DEI



# HIEROGRAPHIÆ S. EVCHARISTIAE.

*Ita non in trivio, at Synodo Nicæna, Sacramentum  
Corporis & Sanguinis Christi appellatur.*

*Huius I. Hierographia.*

1.



ST, ut licet cernere, perspicua, nec indiget lumine, in medio luminis Phœbei: cuius luminibus obstruit superni Luminis fulgor, S. Spiritus, hoc enim mens, illo collucet oculos. Nam Pater lucem habet inaccessam, & in huius Lumine vidimus Lumen, In basi nomen est salutis plenum, & quod basis salutis nostræ, Iesus sit; merito eius, quam Majestati debemus, Laus, Gloria & Honos adferibitur.

*II. Hierographia est gemina, ut numismatum ferè.*

1. Prioris Hieroglyphicon est, cœlestis imber. Non enim aër, at Cœlum, aut verius cœli Rex, Manna pluit, Symbolon verò, ut ipse legas si illud obscurum foret, cœlo sementem vindicat.

2. Posterioris Hieroglyphicon est Obeliscus: cui pro Pyropo, Crux dignius imposita est. Nam si lucis causa, ille apicem teneret olim; quanto sanctius, Crux Pyramidem fidei nostræ occupat? Alte enim radices egit; & licet ad vitam æternam cœlestemq; rapiat; memoriam mortis Christi semper renovat, Fidei verò nostræ robur si non satis notat hæc in concussa moles; Symbolon aperit, Consilio Dei quippe temeritas & furor nequidquam reluctantur.



Symbe-

*Symbola Sacrosancti et adorandi Eucharistiæ  
Sacramenti ueritates aureæ.*

2

III

HIER. GEM.



*Symb. Sacro: et ado: Eucha:  
Sacra: ueri: au:*

IV

HIER. GEM.



*Symb. Sacro: et ado: Euch:  
Sa: ue: au:*

V

HIER. GEM.



III. Hiero-

IV. Hiero-

## III. Hierographia gemina.

2. **P**RIO R est vitis; posterior est Tritici jucunda, non tantum admiranda species, in sacrosancto Mysterio, Partus enim corporis, de pabulo animæ spem confirmat, Jam vitis amplexa & supereminens ulmum, Christi amorem erga sponsam suam pandit, Et manus geminæ, quæ uvas in laticem exprimunt: Charitatem nostram, & Ecclesiæ concordiam requirunt. Huc .n. pertinet Symbolon: Infontibus. Nam ut Deus eodem imbri rigat justum & injustum; non ita hic & ille ad communem mensam Filii DEI accedit. Testis est Paulus: Quicumq; manducaverit indignè; grandi piaculo sese obligat. Cæterum tritico nihil avidius; nihil plus alimenti trahit. Vnde illud. Nihil feracius in Symbolo expressum. Vitæ nihil tenacius mariti, Vnde impressus magis quam expressus à me amor Servatoris, Natura vitem & triticum in promptu habet, Plinius naturam utriusq; in literas retulit.

## IV. Hierographia gemina.

1. Hæc facies, tres scopulos mari figit, Quanta in numero indita reverentia; tanta è rebus numeratis edita pietas. Fidei enim primus tumulus, in spei cumulum affurgit; & veluti per continens ædificiū in charitatis jugum ascendens, Fidere & videre, simul statuit. Hoc scilicet clivo fixum indicat, non dicit Sydus. Et quod diceret, si dari posset; Symbolum effatur; ac securitatem veritati, adversus errorum tenebras promittit.

2. Illa autem facies, diversè idem facit, Nam licet piorum animi lasciviant etiam interdum, aut torpeant; cœlitus juvamus: & superiores nos, hinc illecebris, hinc ærumnis, statuens Deus, revocat ad salutem, non secus ac gnava olitor sterilitatem corrigit: & pulvillos ut vides, harpagio (sic .n. foraminosum vas illud; à suctu aquæ nominant) in tempore perpluit.

## V. Hierographia gemina.

Priori | parte Irides tergeminas: Posteriori Solem unum vides plena facie, an face dicam? Hunc corona insignem ex spicis tritici, illas manantes largo imbri, Quæ cum vides; legis hinc serenitatem promitti, parte enim cœli serena apparent, tenebricosa autem procellæ ruunt; istic præsentiam eius, qui nusquam nunquam abest, Iridem definiat Aristoteles. Nos scimus esse momentum fœderis: quo infinitam Majestatem, infinita Bonitas conciliavit nobis, non audeo dicere, obligavit. Quin etiam Romani Iridem (ut Bekamus observat, & exstant numismata Traiani, atq; aliorum) florem cognominem & concolorem Iridi consecrarunt Spei. Ut hinc liquidò constet, sperandam esse doctrinæ serenitatem, etiamsi diversitas opinionum, omnia ferre videatur,

Quid verò de præsentia Solis, qui nusquam abest? Nam licet conspectū fugiat, semper aliquid operatur: & ipsius terræ viscera, variè afficit. Quod de præsentia Hyperionis, ventosi homines etiam dubitent: quem patrem Solis, Poëtæ Mystica disciplina tradunt. Coronam Sol meruit in pugna adversus Gigantes, Ex tritico obtulit jam olim pietas, Mysterii rudis, quod Melchisedechus instituit: & Deo debuit,

## VI. Hiero-

*Symbola Sacrosancti et adorandi Eucharistie Sacramenti ueritate aurea.*

3

VI  
HIER.  
GEM.



*Symbola Sacro: et ador: Eucha: Sacra: ueri: aurea.*

VII  
HIER.  
GEM.



*Symbola Sacro: et ado: Eucha: Sacra: ueri: aurea.*

VIII  
HIER.  
GEM.



VI. Hiero.

## VI. Hierographia gemina.

3. **P**rimò, Sede: En tibi suspensa aère Aquila: nulla, n. alia volucrum, quam generis consortes, contra tuetur Solè, quæ calore delinita, implumes plumas spargit, & exiit vetustatem, Ludit ad hoc, quodam loco Psalmographus. Et nos ad imitationem Aquilæ, excutere vitia oportet: quando ad Deum, ut illa ad Solem, accedimus, quod de alto intonat Symbolum,

2. Sive adversa fede, Cornu: cuius usus à Marte, ad Dianam & ventionem, præludium belli transit. Quid Hieroglypton velit: Symbolon notat. Terrorem quippe criminis sonat. Et quis terror, vel acerbior? vel sonantior est conscientia scelerum? Itaq; si volumus æmulari Aquilam, quando ad Synaxin, ut illa, ad Solem accedimus; inhorrescamus scelerum memoria & Numinis præsentia, necesse est,

## VII. Hierographia gemina.

Fuerit proxima contritionis; hæc est consolationis. Nam una sitientibus potum ostendit: altera facies esurientibus panem in manum dat, Quem verò, Deus bone, potum! quem cibum!

1. Ex rupe Moses elicit scaturiginem, Illa autem rupe, illa Petra erat Christus, ut Paulus interpretatur: & sitim animæ nostræ, solus sanguis Christi explet.

2. Mittamus lignum, in panem eius, inquit Jeremias jam animò anticipans conjurationem impiæ gentis. Et corpus suum, quod ligno suffixerunt, Christus panem appellat.

## VIII. Hierographia gemina.

Consolationem excipit Moderatio quædam.

1. Nam prior intuitus, exhibet iracundiæ flagellum, quod observatum alicubi de cælo; Attilas & Tamerlanes in terris prærogativa sæ vitæ, pro nomine & honore usurparunt. Nec profectò sunt, nisi à Deo vindices peccatorum,

2. Secundus jugum quidem promit; sed id quàm suave Christus alicubi, imò sua cuiq; mens testatur: & Symbolum Amoris, nodus Amoris dissolvit, Nam si volenti nihil difficile; amanti omnia sunt facilia.



SYMBO-



# SYMBOLA S. CRVCIS.

4

INSPICE ET FAC SECUNDVM  
EXEMPLAR QVOD TIBI IN MONTE  
MONSTRATVM EST.



II  
HIER. GEM.



B I. Hiero.



# I. HIEROGRAPHIA CRVCIS SIMPLEX.

4.



ST, uti animadvertis, multis distincta Iconibus, partim manifestis, partim obscuris. Inscriptio translata à Tabernaculo Mosis, ad Tabernaculum Christi, non incommodè. Icones inter, nihil clarius aut notius Cruce, nobis ita suspicienda, ut execrabilis felicitatis nostræ hostibus, Crucem facit antenna ex malo ad angulos rectos suspensa. Et hac, veluti bulla, insignire pectus, Christi Sponsa in Ecclesiaste iussa est, unde descripta, quæ hic in Cruce scripta. Sub Cruce sunt, & Plantæ, & Animantia, id est, Homines, qui à præclara natura, ad alterutram, ut Picus sentit, defecerunt. Vnicum quippe miseris & ærumnosis asyllum, Crux est, Sed & Palma, sub dextra Crucis, notatur Crux non tantum Theologica, sed & Mystica Pierii doctrina: quemadmodum Cervo Christus, Nam, ut illa, quo magis premitur; eò vivacius eminet; ita & Crux inclarescit calamitate. Ac quo fere pacto Cervus serpentes fugat; Christus Cacodæmones. Proxima, Cedrus est, Libani frutex, & ipsa imago Crucis, quod ramos ea forma divaricet, ut Ales supra sedens, sit Christus: hic enim ille est; sub cuius umbra alimur: fovemur: crescimus in virtutem. Cui consonat apud Ezechiam, ipse Dominus Deus: & sumam de medulla Cedri. Tertia est illa felix Olea, Ecclesiasticis: sub qua, & ipso Crucis indice, Ovicula salubres herbas pascit, nihil jam metuens Diaboli insidias, pro quo Ludum introductum cernis: qui cervum fugacem, & agnum non mordacem fugit. Sub læva Crucis, totidem arbores sunt, dignæ nota. Reliqua utrinque, scalpri luxuries est. Prima infelix, (qua ferè voce Crux, aut palus supplicii à Romanis appellatur) & trunca imago Crucis, quæ ut agnoscas, hic est ille Aries, quem Abrahamus in vepreto cornibus impactum comprehendit, atque immolavit Deo. Supra arborem, octo Stellæ, libram representant, duæ examen: tergemina lances, qua ex re, clarius ipso sydere collucet: pœnam esse adæquatam delicto: & inontem fontium pœnas dependisse. Altera est. Cupressus, & ipsa feralis arbor. Crux inquam: Cuius apicem, Columbæ figura, Christi integritas tenet: Radices verò, quadrupes informe, filium perditionis, Mystæ arbitrantur. Postrema sit Platanus: quæ æstate Solem non admittit, hyeme transmittit. Hic equus recubat, id est, effrenata nostra Cupiditas. Nullo enim non tempore receptus est ad salutem. Supra Crucem Pellicanus est, typus Christi, Nam ut ille pullos suos, suo ipsius sanguine nos Christus refocillat. Sub Cruce Malus Punica, quæ licet undarum fluctibus videatur impeti; non commovebitur tamen. Tanta est firmitas Trianguli: & potentia Divinæ Triadis. Ac ut Malus Punica, Plinio observatore, resurgit à radice: ita & Crux strata: firmiorque est, ubi videtur penè eradicata, A dextra Trianguli, septem Lucernæ, de uno micantes condelabro, sunt totidem dona S, Spiritus: quæ Christo ita de nobis merito,

merito referamus accepta. Nam aliena, quæ sunt Holocausta; unius Christi sacrificium, omnia abolevit. Emblema circa tortile, majori indiget veneratione, quàm expositione. Nam Eucharistia Christi nos alit: Christus nos tondit: & sacris suis initiat: charitate conjungit: memoria mortis tuæ. Et ex aduerso, recordatione passionis suæ conterit: ac frangit cor aduersus pietatem procax, contrito & pœnitenti, ne desperet: oleum instillat: ac consolatur. Gratia S. Spiritus, postremò abluit, & suo sanguine irrorat.

### II. Hierographia gemina.

1. Hieroglyptus Leo significat Leonem de tribu Juda, qui quanto ludibrio in crucem ascendit; tanto honore de cruce triumphavit. Hoc enim trophæum jam est, carnis domitæ: Mortis victæ: Orbis & Orci deniq; subacti.

2. Aquila verò sculpta sacro mysterio, enitentem virtute, quod Majestate tenebat, ad cœlum clamat Christum. Nam ut ipsa in altiorem charadram, si quando torretur siti, lapides dimittit; ita hic honestum pectus quinto capitali vulnere percussus, infera reclusit regna: & quorum sitiebat salutem, in lucem restituit, longè illustrior patiëdo; quam agendo David: qui totidem glareis hostem immantem stravit.



*Symbola Sanctę Crucis.*



III.  
HIER. GEM.



*Symbola Sanctę Crucis.*



III.  
H. G.



*Symbola Sanctę Crucis.*



V.  
H. G.



III. HIERO.

PRIMO. Thronum Athenæus sedem honorariam, cum suppedaneo definit. Latini solium vertunt. Theologi Cathedram volunt, in qua quæ nusquam sedet, Majestas Dei confidat: id est, gloria coruscet. Glyptes, gloriam Principis universi non assequitur. Trinitatis figuram in fastigio non injuria locat. In medio sceptrum oculatum, quo prudentiam regnantis signarunt Ægyptii. Nos hic intelligimus providentiam Regis Regum Christi. Sub suppedaneo rivi manant (scansile est scalarum gradibus) ex eodem fonte in vitam æternam, Atq; hæc quidem omnia ad Deitatem Christi pertinent: & immortalitatem eius, qui pro nobis mortem obiit.

2. Palmitem de stipite suspensum degustant Alites. Et nos sanguine Christi de Cruce pendentis, dictu mirum, alimur.

IV. Hierographia gemina.

1. Antica ocio adversatur. Exempla sunt apes & formicæ, si quæ animalium, laboriosa infecta: ut Poësis naturam exprimit. Illas etiam æris sonitu colligimus: has arte dissipamus, aut cogimus nostro commodo. Ad crucem sine ambagibus, reducuntur. Feriari fernis non licet ita occupato, imò afflicto rerum Domino.

2. Postica injustitiæ. Struthiocamelus documento est, quem fretum viribus, destituit prudentia. Quid enim ineptius, quam recto capite, molem illam corporis nudare hosti? Et assequitur, currentem licet, sagitta. Quot jam una pharetra sagittas habet? Sic peccantem & latentem, ut mortales, haud Deum immortalem pœna aut comitatur, aut tarditatē gravitate compensat. Ne hic Palmam sine causa pictam rere, quam Mystæ dicarunt Justo, quod rami frondibus fruges adæquent: & ipsa incorrupta sit, quales justitiæ præsides esse oportebat. Iam Palmæ assimilavimus crucem: sub qua nos ipsi agnoscere discimus, etiam si nos nostri, bruti animalis instar, cæperit antea oblivio.

V. Hierographia gemina.

1. Terebinthus, ea arbor est, sub qua infodit Patriarcha Jacobus signa, Crux inquam, quæ unius Dei cultu, Idolomaniam obruit falo & solo. Resinâ fundit, ita salubrem animæ hæc; ut illa corpori. Quid Jani imago ad arborem inimicam simulacris? vel Paganorum superstitione, & arte Cacodæmonis: vel significatione Mystica veræ prudentiæ. Nam si Janus bifrons: quod præterita & futura simul contempletur; Christianus est longè prudentior: qui ita animo repetit præterita, dicta & scripta, imò & facta; ut has rerum machinas, elato animo præteriens, memor Christi, à quo nomen habet, cruci nostra causa fixi; ad res multò angustiores contendat. Huc profectò spectat ad radices Grus, prudens gregalium dux, & solets officii: quæ unguibus lapidem tenet, ne consopita torpeat, & jam non de grege aliquè increpans, sed ipsum Magistratum, muneris admonens.

2. Lotus est, ea suavitate apud Homerum; ut gustata, quæ nihil dulcius, patriæ desiderium tollat. Fabam Græcam Plinius eandem asseverat. Et hæc Crucem exprimit. Quid enim suavius salutē Animæ, quæ abs ea dependet. Certè cupit ille dissolvi & esse cum Christo. Nec ad terrestrem voluptatem reptat: qui verâ & cœlesti hac semel est delinitus. Sed audiamus volutrem, imò Animam volentem in cœlum: Quam dulcia, Lege Symboli reliqua: sunt enim sacra & verâ,

*Symbola S. Crucis*

6

VI  
HIER. GEM.



*Symbola S. Crucis*

VII  
H. G.



*Symbola S. Crucis*

VIII  
H. G.



VI. Hiero

## VI. Hierographia gemina.

**E**N virtutis gemmæ, totidem facies, Temperantiæ & Fortitudinis. Delictiæ enim non est Crux.

6.

1. Si inimitabilis est Christi virtus; Bos ab armento digressus, quod fit, & fieri scribit Aristoteles, ἀμαγελεῖν vocat, & sub ilice, recubans, solitudinē nobis continentiam, & parsimoniam commendat: Jam enim non despumat in libidinem: & nos si vitaremus contagia: & ut ille, glandifera arbore, nos paucos contenti, pabulum Luxuriæ negaremus, ne tenor vitæ concinnior existeret & dignior Christo, cui vita nostra tanti constitit. Nec taurus solum non instruit, prò pudor! brutum animans; sed nec animans, frenum & canon, quæ de ramo ilicis vides pendere, ut appetitum refrenemus, & rationis canone compeſcamus.

2. Et hinc bellua nos animat. Rhinoceros est, ad fortitudinem, ut Taurus ad Temperantiam, melius nota Oppiano, quàm Aristoteli. Nam Romæ Pompeius exhibuerat populo: & Emanueli Regi Lusitaniæ exhibuit Cambesja. Fortitudinis exemplar est, quod è duello, quod cum Elephante, propter pasqua perpetuum est, nunquam redeat, ni parta victoria. Mori scilicet mavult, quam vinci. Ad Fortitudinem quoq; spectant, quæ vides de annosa quercu suspensa, Arcus & Pharetra, imò ipsa quercus, quæ suo robore, elidit robur tempestatis, ne dicam temporis. Ita longæva est, quanquam non vires corporis, sed animi robur, animans nos per animantia, plantas, & inanima Natura à nobis requirat. Fortis enim est, qui se ipse vicit: & quibus vulgo pauci reluctantur, si non ratione, recordatione crucis, superavit animi, veluti procellas, impetus.

## VII. Hierographia gemina.

Mitia habemus exempla: sequuntur sæviora, planè, ut Medici expediunt acria, si placida remedia langueant; legislatores, si non possunt suffundere, effundunt sanguinem.

1. Ciconia infesta Anguibus; vindicta Dei est, justè in peccata animadvertentis, ut Symbolum sonantiùs loquitur.

2. Anseres vero, quorum imbecilliores, volatu prævertere conantur, & improbi nominantur à Poëta; & fugiunt laurum, vatibus amicam. Hi nos sumus, qui iater nos de improbitate contendimus: & vaticinia salubria fugimus. Miseri & hoc miseres: quod miseri esse volumus: & nolumus Crucis ærumnas momentaneas, anteponeere flagitiorum pœnis sempiternis.

## IX. Hierographia gemina.

Ad spem revocat Myſta animum, tactum conscientia scelerum.

1. Nam hinc Satyrum sententiam loquentem facit oppidò salubrem. Satyrus autem, homo est, ut ille, incupiditates diffuens: hinc enim verè homo non est, sed monstrum hominis. Quicumq; tamen est, salutem sibi promittit, Pentagonum intuens, & à fistula septem cicutis distincta averſus. Hæc scilicet totidem peccata capitalia discriminat: Illud ex duobus Triangulis, Deitatem in Humanitate, & hanc cum illa, mysticè repræſentat. Est enim in Deitate & humanitate Trias, quam D. Augustinus, tantopere veneratur atque admiratur.

2. Istic Simiam, turpissimam bestiam, simillimam nostri, pari pietate

B 4 informa-

*Symbola S. Crucis.*

IX

HIER. GEM



*Symbola S. Crucis.*

X

H. G.



*Symbola S. Crucis.*

XI

H. G.



informa-



informatam, Aus non est Simia, sed homo similis Simiæ, non corporis, sed morum fæditate : qui in Filio Patrem agnoscit. Hoc enim Davidis est, in Lumine tuo videmus lumen, & Luna à Sole lumen recipit. Tantum abest, ut ullius optata aspernetur tanta bonitas; aut miseriam spe fraudet misericordia.

### IX. Hierographia gemina.

**I**N spe nos Mysta continet. Tuere mecum in utramq; eiusdem Numismatis faciem. 7.

1. Prymnesium est Festo tonsilla, sive palus, ad quem alligatur navis. Columna hæc, inquam, quæ spes salutis nostræ est, verè sacra Anchora, de Cruce Domini nostri dependens. Quoniam confirmata est super nos misericordia tua Domine : ut hîc ex Davidis vaticinio de Cruce, transcriptum cernis.

2. Cornucopiæ est ad stolonem pacis relegatum : Ac ne repetam de Amalthea fabulam, verum est Symbolum. Nam verè pax est, quam sequitur rerum omnium ubertas, diligentibus, qua nulla æquior est, legem Christi. Ac ut fortuna virtutem quandoq; exerceat; animo tranquillo & suis rebus contento suppetunt affatim omnia.

### X. Hierographia gemina.

Christus omnibus pependit de Cruce; sed non omnes pendent à Cruce Christi, quod Mysta binis alitibus declarat.

1. Accipiter hos refert, qui aut impii aut ingrati sunt in meritum ita de nobis Christum, & olim à Mose relatus est inter immunda animalia: estq; infestus debilioribus natura. Vt meritò audiat, & sub huius imagine, Anima averfa à Deo : Os tuum abundat malicia.

2. Generosior Gallus gallinaceus, de cuius natura nihil ex Plinio afferam, natus enim domi est, Petrumq; increpuit violatæ fidei. Vt non injuria, sub forma Galli intelligamus Animam piam, sollicitantē suppliciiis Numen,

### XI. Hierographia gemina.

In utroq; latere Quadrupes infirmum vides. Et non vides te tota animalanguere. Me miserum!

1. Elephantem variis morbis affici Ælianus observavit : & adversus infestiores, præfens remedium esse vinum. Jam docilem esse, & panè ad solertiam nostram accedere, Plinius refert. Hæc causa est, quod ægritudine animi correptum Mysta, sub Elephante exhibeat: ut sub mole corporis enormitatem vitæ intelligamus & execremur. Nam salvi esse possumus, si volumus. Ita in promptu est sanguis, qui de Cruce fluxit : & per vinum representatur.

2. Cervum sitibundum natura, cursus incendit magis. Nos nudos, inermes, rerum omnium indigos natura; hæc etiam destituunt sæpè, quæ nobis à Parente & Domino Naturæ obtingunt, non tam ullius injuria quàm nostra fœcordia ac nisi nos recipimus, unde fugimus, actum est. Hæc pia mens secum repetens, cervi instar, ad fontem vitæ revertit festiva,

Symbola

*Symbola S. Crucis.*

XII  
H G



*Symbola S. Crucis*

XIII  
H G



*Symbola S. Crucis.*

XIII  
H G



XII. Hiero-

## XII. Hierographia gemina.

Primò. A Symbolo exordiat: Iter impiorum peribit, Horrenda vox, & vera. Nam extra salutem; quis locus saluti! Salus autem nostra, est Crux Christi. Ad Hieroglypton accedo. Draconi cum Elephante bellum esse Plinius scribit: ac ut ex arbore, tanquam ex specula, in transeuntem, sese lancinet, graphicè describit. Draconem agnosco hîc. Pro Elephante vel crocutam, vel feram aliam video. Illam certè idem Plinius insidiantem Homini facit & imitantem, hominis vocem: ut à societate in avia allectum perimar, Nihil prædæ, hoc loco, præter ossa *σκέλη* Apollonii scoliasies appellat. Et ipsa fera præda est Draconi, quem fulmine tangi, & cœlesti igne vides conflagrare. Ita inenarrabili Dei judicio aut humanitùs, aut divinitùs, impietas omnis castigatur, & quod imprimis mirère, impius impium castigat: superiorem legibus, Deus: Quamobrem maneamus sub Cruce Christi, Christiani: ne in invia illabamur, incidamus in feras,

8.

2. Lucifugæ sunt noctua, bubo & rana. Sunt & feræ quæ viribus non ita, ut solertia fidunt, quarum unam caput hîc exerentem puta. In scenam introducunt hos; qui inventa fruge, ad glandem relabuntur: & à luce, qui est Christus, Crucis imagine territi, in antiquam vitiorum sylvam abeunt, atque Mundicaligine delectantur.

## XIII. Hierographia gemina.

1. Basiliscus, quem fama est, inter Serpentes, virulentia regnare: nemo enim vidit, si visû necat. Et si quod sceloton, nec affirmare autum nec negare. Hic, inquam, Basiliscus Princeps inferorum est: quem Princeps universi Christus domuit, unde hîc catena vinctus.

2. Draco custodiens aurea mala, ut insomnis excubat; sic nobis credita à Deo dona diligenter servanda sunt.

## XIV. Hierographia gemina.

Informes Manium formæ: Duæ hîc sculptæ sunt.

1. Simiæ, immundi animalis, qua capitur Genius Luxuriæ,

2. Et vulpis, quæ exprimit Genium Homicidii. Veterator enim & fraudulenter moliens hostilia, Cacodæmon est. Quod autem vinctos tantos hostes cernimus; cum Principe tenebrarum subactos intelligimus, ne acumen dentium aut contemnamus, aut expavescamus.



Roman,

ROMAN PONTIFICE

Urbanus vii. antea D. Bartholomeus  
Butillus Neapolitanus, Pontifex Max.

Hierog. prima Pont. simplex



Bonifacius ix. alias Perinus Tomacelli  
Neapolitanus Pontifex Max.

Hierog. ii P. simplex



Innocentius vii. Sulmonensis alias Cos-  
matus de Melioratis Pontifex Max.

Hierog. iii



Gregorius xii. Venetus, antea Angelus  
Corarius Pontifex Maximus.

H. iii



Alexander v. Graecus Cretensis, antea  
Frater Petrus Philargi Pontifex Max.

H. v



Joannes xxiii. alias Balthasar Cossa  
Neapolitanus Pontifex Max.

H. vi



HIERO.



# HIEROGRAPHIA PONTIFICVM ROMANO- RVM SIMPLEX.



OLUMBA suo lumine refulgens, S. Spiritum demonstrat, qui à Patre & Filio procedens, non unam modò *ὁρίαν* Hypostaseōn convincit, sed & concordiam in Ecclesia statuit.

9.

## II. Hierographia simplex.

Si thema quoddam est hominis: & certus causarum nexus; natura profectò ducuntur, quæ ratione non reguntur. Nec in animantia tantum, sed & Plantas. Imò inanima, influit à supernis corporibus vis quædam, Ita compagine quadam, atq; sociavit. Verbis opus non est. Ac ne mirèmur Anguem vel cantu in ignem, vel natura ad supera cogi; Homo serpens humi est; qui nec morte potest, à Christo, cujus amore & desiderio flagrat, separari. Hoc enim sapere est; & ut cætera improbus, sapientia celebris & clarus est Serpens.

## III. Hierographia simplex.

Mons coronatus, ventorum elidens tempestatem, & locum adversus injuriam, tenens, Innocentio VII, Romana Hierarchia est.

## IV. Hierographia simplex.

Serpens circum scapum, lubrico loco, serpens, prudentia Gregorii XII. est, omnia in schismate, ad concordiam rimantis, Concilium enim ea de re habuit Pisis: & constantiæ in ordinem redacti, ordinem servantis. Vides enim ut de summo fastigio solerter se dimittit, tenax sui.

## V. Hierographia simplex.

Calicem Christi, Evangelium Christi astruit, quod Alexander V. libro subjecto dicere videtur.

## VI. Hierographia simplex.

Vas in honorem, aut honoris vas, Deo acceptum Mystæ olim pronunciarunt.

*Martinus v. Romanus, antea Otto  
Columna appellatus. Pont. Max.*

*Eugenius ii. Venetus alias Gabriel  
Condulmerius Pontifex Max.*



*Felix v. Allobrox, olim Amadens de  
Domo Ducum Sabaudij Pont. Max.*

*Nicolaus vi. alias Thomas Sarzania  
Lunensis. Pontifex Maximus.*



*Calistus iii. Hispanus Valentinus antea  
Alphonsus Borgia Pontifex Max.*

*Pius ii. Senensis Tuscus antea Aeneas  
Sylvius Piccolominus Pont. Max.*



*VII. Hierographia simplex.*

**E**N tibi repræsentat Hieroglypton, euenta magis rerum humanarum, quàm successus. Eodem enim incendio abeunt in favillas, Tiaræ Pontificum, Coronæ Cæsarum, Diademata Regum, Tutuli Antistitum, Insignia Principum. Et quib. hæc omnia comparantur, aut conservantur, arma. Imò qui hæc omnia continet, ipse rerum orbis. Et concinit Symbolum Hieroglyphico, ut legis: intelligis n, si legis. Sic plana sunt verba. Sic plana planities rerum. 10.

*VIII. Hierographia simplex.*

Justitiæ exemplar est Trutina satis manifestum: & Symbolum longè manifestius. Ut executione magis sit opus, quàm interpretatione.

*IX. Hierographia simplex.*

Antitheta hoc placent, quod hoc sint. Quod Symbolum enarretur ipso Hieroglypto; novi quid, at nihil alieni à vero est. Quis n. tam cæcus, qui non cernat jactari fluctibus navigia? Quorum spes nō est desperata? Et Tilea, non modò subvecta clivo, verùm etiam ex celsitate peripheria, ut vides, circumseptâ, spem firmat. Nam ut à nostro genere circumfidetur; ita, ut Plinius tradit, à nullo brutorum animantium appetitur.

*X. Hierographia simplex.*

Quadrata Crux est, & rajecta vicissim, Palmis: coronata verò quadranti. Hæc fidei nostræ victoriam, quam æterna & vera pax excipit, asserunt: ut Symbolum taceat. Nam Crux quatuor orbis plagas obtinet: & pacem quâq; versum offert.

*XI. Hierographia simplex.*

Hanc Crucis figuram Christiani meliùs norunt: ut qua de Christus pendit. Quid tiara honoratur; Hoc Symbolum explicat. Nam si pontifex servit rCuci; quid non faciemus nos! qui aut unum caput Ecclesiæ agnoscimus: aut corpus uniforme non agnoscimus.

*XII. Hierographia simplex.*

Auctor & Symbolum, & Hieroglypton, manifestum facit. Est enim Æneas Sylvius, qui præter spem, ad summum Hierarchiæ fastigium, licet virtute ascendit. Sed & Aaronis virga pullulavit: ad quam in re seria alludit.



Romanorum Pontificum.

Paulus ii. Venetus olim Petrus  
Barbus Pontifex Max:

Xystus iii. Ligur alias Magister  
Erat. Franciscus Roverus Pont. M:



Immoentius viii. Geniensis antea  
Iou: Bap: Cibo. Pont. Max:

Alexander vii. Hispanus Valentinus  
alias Rodericus Borgia Pont. Max:



Pius iii. Senensis, alias Franciscus  
Piccolominius. Pont. Max:

Iulius ii. Sannouensis Ligur antea  
Iulianus Roverus Pont. Max:





*XIII. Hierographia simplex.*

Vtrumq; hoc clarum, Ex tenebris enim auctor in lucem refulsit,

*XIV. Hierographia simplex.*

Non hinc ulla difficultas: Ponte. n. Tiberim stratam vides.

*XV. Hierographia simplex.*

Hesiodus, loco impedito, pluribus verbis collocat virtutem, A verbis ad Iona, Olea & Palma Virtutis præmia sunt.

*XVI. Hierographia simplex.*

Qui Religionis causa peregrinantur; in montes ascendunt, in valles descendunt: Flumina trajiciunt: Rivus tranant: Sulcant maria. Devia, invia, non viam modò permeant: Deflectunt in semitas. Non semper tenent regiam. Quid religionis Antistites facere oportet? In hoc exilii loco? Hoc enim vult auctor Pontifex: Cùm tres scipiones, S. Trinitatis auxilium præferent.

*XVII. Hierographia simplex.*

Eadem manus pœnam & præmium offert. In nobis electio est.

*XIX. Hierographia simplex.*

Obductum tenebris castellum in scopulo videmus; sed & videmus coruscantem serena luce Lunam. Quid vult Mysta? Non hic tantum, sed & Apostolus. Vult sperare nos, in adversis meliora; & secundum miseram hanc ac caducam, æternam ac felicem vitam.



Leo x. Medices Florentinus, alias Ioannes,  
Laurentij filius Pont. Max.

H. XIX. Gemina



Hadrianus vi. Traiectensis, natione  
Batavus seu Hollandus Pont. Max.

Clemens vii. Medices Florentinus,  
antea Iulianus Iuliani F. Pont. Max.

H. XX

H. XXI. Triplex



Clemens vii. Medices Florentinus antea Iulianus  
Iuliani filius, Pontifex Max.



XIX, Hiero-

*XIX. Hierographia gemina.*

**P**rimò Antica parte, pilam subjectam vides, quam ventosam Plautus 12.  
 vocat, vento enim impletur: pugillatoriam Martialis, quod pugno, veluti nervo, excutitur armato, & simul subjectum follem. Qua in re si qua obscuritas; verbis illustratur. Nam ad virtutis exercitium & præmium: animi vigore, & magnitudine opus est.

2. Postica, frenum, & id quidem suave: vel quod compressis voluptatibus, vita sit oppidò suavis: vel quod potestate illa Leo X. moderatè uteretur.

*XX. Hierographia simplex.*

Vel fabricæ culmen: vel Belli intestini finem, hac imagine nequidquam opravit Hadrianus VI. Morte enim præventus est, & Christiani etiamnum malunt inter se, de gleba terræ: quàm cum Barbaris, de imperio orbis terrarum contendere; aut, qui solus tantum audet, Imp. Rudolpho II, subvenire auxilio.

*XXI. Hierographia triplex.*

Trium Hieroglypton, idem Symbolum est, licet bis Solem, Sydus semel adducat Auctor: & Soli iterum unam ex septem pilis, gentilicium objiciat. Ita Clemens VII. integritatem suam voluit, ab injuriis fortunæ & hominum vindicare: incendium urbis, ut hic arborum, majori vi, quàm humanæ tribuens; & invidia, qua flagraret, se esse superiore, in lucida imagine ostendens.



Romanorum Pontifices.

Paulus III. Romanus antea Alexander Farnesius.  
Petri Alogij Fil. Pont. Max.



Julius III. Romanus, alias Io: Maria  
de Monte Vincitij. Fil. Pon. Maxim.

Marellus II. Tuscus, patria Pollicianen.  
familia Ceruina, Pontif. Maxim.



Paulus III. Neapolitanus, antea Io:  
Petrus Graffa Pontifex Max.

Pius III. Mediolanensis, antea Io:  
Angelus Medices, Pontifex Maxim.



XXII. Hiero.

*XXII. Hierographia simplex.*

**R**OMA, cui aræ erectæ à Paganis, hinc ara crucem manu tollit: hanc esse, cui debeat, cultus, clarè demonstrans, inter Matronas, quarum feruentior pietas, ut quæ totæ, affectus sunt: & Patres si non hi sunt Prophetæ & Apostoli; illæ verò Sibyllæ, quarum oracula collegerunt Suidas & Lactantius. Symbolum certè Regii Prophetæ est à morte vindicantis Christum, qui in cruce mortuus creditur, Sic scilicet Deitas abs Humanitate distinguitur.

13.

*XXIII. Hierographia simplex.*

Committit Plinius, aut veriùs Natura delphinum cum Crocodilo, quod ad Symbolum adaptari posset, Ingenio enim & celebritate magis, quàm viribus, hunc ille superat, Ita Crocodilum armavit, & cute induravit Natura; molli tantum, ac tenui ventre, Hoc non ignorans, Delphin mergit se, & hosti nixo viribus submittens dorsum, cui cultellata inest pinna, in tempore asurgit: & in alvum, solam, ut dixi, telis expositam insinuat sese: atq; illa, ventris penetralia, haurit spina. Hoc autem natura ludicrum vult; ut adversus potentiolem nitamur prudentia; & tempus atq; occasionem ne negligamus Voluit autem Mystra Delphinem, cum Chamceleonte in arenam adducere, qua ratione non intelligo: Delphinem enim simul ac terram attingit, occidit, hac forsàn: quod tarditate Chamceleontis, celeritatem Delphini temperandam; & modum tenendum existimet.

*XXIV. Hierographia simplex.*

Villæ Juliæ, cujus sciographiam habemus, fons est virgo, id est, virtutis sedes nec delitiæ suburbanæ, vitiis urbanis inquinatæ.

*XXV. Hierographia simplex.*

Micans Sydus, & altare fumans, admonent nos suppliciorum, & votorum. Nam quod nos nostrum thema lateat, aut fallat, tutissimum perflugium est, ad aram Numinis, potentis rerum. Primitiæ frugum altare circum, non tam ad intuendum nobis, sed ad imitandum propositæ sunt. Equum enim nos gratitudinem Deo, à quo omnia habemus, munusculo declarare.

*XXVI. Hierographia simplex.*

1. Symbolum ad Christi æternitatem: Icon ad mortalitatem spectat. Sic igitur Pont. Max. loqui putatote; Regnum tuum Christe, qui crucem sustulisti & tormenta crucis, amore nostri pertulisti, perpetuum erit, nec ullis seculorum spatiis finietur: licet mors tua, impios perstringat. Temporis enim fuit, quod clepsydra Calvariæ notat. Imò mortis æternæ frenum est: quod sequens imago declarat. Ac si quem dubitatio, aut stulta sapientia ventilet; patent libri mystici: qui annunciarunt, ita confirmarunt regnum Christi, cruce partum.

2. Agnus in ara representat Christum, propter innocentiam: & sacrificium Agni Paschalis, typus erat mortis Christi,

Roma-

Romanorum Pontifices.

14

Pius v. Alexandrinus Prius frater Michael Grise-  
lerius. ex oppido Boschi. Pontif. Max.



Pius v. Alexandrinus Prius fra. Mich. Gisl.  
ex oppi. Bos. Pont. Max.



Gregorius xiii. Bononiensis antea Iaco.  
Boncompagnus. Pont. Max.

XXIX.



Xystus v. alias Fra. Felix Pivetus.  
de monte Alio Marchianus Pont. Max.

XXX.



XXVII, Hiero-

*XXVII. Hierographia gemina.*

**H**IC Symboli prioris auctor est Apostol. Posterioris Propheta. Hieroglyphi utriusq; Pius V. 14.

1. Insignia qui submittit, se submittit Deo. Hoc Pius facit: & insignis spei assertor S. Spiritus, spem Pontificis ratam facit.

2. Atq; hæc quidem prioris, sunt. Posterioris est Navigium, procellis & tempestate agitatam, sed cujus fluctus mitigat, ac sedat: qui cælum & mare, uti condidit, ita regit.

*XXVIII. Hierographia gemina.*

1. Prior est fiducia in Servatorem, ut manifestum fit ex Libamine & Hostia, si obscurum foret Symbolum.

2. Posterior, fructum fiducia, manu repræsentat: germen florens: & claves, tantæ dignitatis argumentum.

*XXIX. Hierographia gemina.*

Gregorius XIII. Portam, quam sanctam vocant, reclusit, & clusit. Quo anno patet. Symbolum verò, optantis est, sanctum limen subire, sanctos & infantes.

*XXX. Hierographia simplex.*

Xyltus V. vindex scelerum, & assertor justitiæ, in monte tertio (de monte vocabatur) ut eminentiori & magis conspicuo, gladium in acumen, quod crux tenet: fixus enim cruci Christus, est norma Patris: per libram, æqua bilance, id est, æqualem justiciam canonem, distinxit, non in hac tabula solum; sed magis in Rep. Ex altero monte, Cornucopiæ: ex altero ramum oleæ producens. Quod justam gubernationem personarum, pax pacem, rerum copia, & ubertas consequatur, Quam temporis sui felicitatem, symbolo, ut legere est, expressit.



Romanorum Pontifices

15

Xystus v. alias frater Felix Pyretus  
de monte alto Marchianus Pont: M:

Pius vi. Romanus, antea Io: Bap:  
Castaneus, Pontifex Max:

XXXI



XXXII



Gregorius xiiii. Mediolanensis  
prius Nicolaus Sfondratus Pont: M:

Innocentius ix. Bononiensis, olim  
Antonius Facchinus Pont: Max:

XXXIII



XXXIV



Clemens viii. Florentinus, alias Hippolitus  
Aldobrandinus Pont: Max:

H XXXV Gen



XXXI, Hiero-



## XXXI. Hierographia simplex.

**Æ** Rario insidens Leo, cum Stella, supra collem inter duos assurgentem, Pontificis curam de Rep. cujus nervus est, censore olim non solo Demosthene, res numaria, in plano, licet sublimem locat. 15.

## XXXII. Hierographia simplex.

Globus terrestris, si terrigenis omnibus, gratus est, nec affirmare ausim: multi enim queruntur, nec negare: nemo enim cœlestem quærit. Confugiunt nonnulli ad mortem, veluti ad portum, non mundi odio, sed fortunæ tuæ. Plures cœlum cantillant; sed quod excedere cogantur terra. Quod unus vir, probari se omnibus existimet; extremæ, dementiæ est. Nam qui fuit, delitiæ orbis terrarum falsò; is fuit, lacrymæ ludæorum verè.

## XXXIII. Hierographia simplex.

Hic optat, Manna per plui Robur gentilicium. Imò Hesiodus non gentilicium Insigne, at satam aut natam forte quercum, si recte vidit Theophrastus, manare sublucano illo liquore vult. Nā Matthiolo felicius cōcrescere videtur in fici, fraxini, Orneglossi frondib. Certe si in Amygdalæ, Persicæ Quercus folia deciderit, mellis more defluit. Nec suam modò familiam, quam ex robore æquum est agnoscere; sed Italiam totam: quam non solum fecundæ, verùm etiam jucundæ arbores cohonestant. Nonno .n. Poetæ, Manna nostrum est *μελιόπιλος ἀπὸ* & liquor ille dulcior aut salubrior melle, coalescit grumosus, cum in frondibus arborum variarum, tum in herbis & lapidibus, ipsoq; solo. In tanta benignitate Naturæ; benè præter Italiam, Ecclesiam, quæ Italiæ finibus non continetur, sed vix terminis terrarum orbis, complexus est votis. Quod piis, probo, Quod à Jove, nescio an omnibus probarim. Nam licet Juppiter sit juvenis pater; religio olim fuit, figura Jovis exhibere Deum. Jam Melle Jupiter pluit, Rusticorum fuit, Galeno teste, non Principum de Manna Italiæ, proverbium. Hoc addo, ne quis nesciat ex Oriente advehi, idem re, nominibus distinctum. Hoc Manna, illud Tereniabin Arabes vocitant. Quod autem ego vota Mystælatius interpretor, mentem ipsius, non meam rimor. Est enim Pont, Max, pro Re, non privata, sed publica Deo vota nuncupare.

## XXXIV. Hierographia duplex.

Petri Lembus, jam olim Ecclesiam refert, quæ licet, jaçtetur ærumnis, ut procellis ille; Governatore CHRISTO, semper liberatur & vindicatur ab injuriis.

## XXXV. Hierographia duplex.

1. Prior tibi Ensem & Pedum, forma decussi, Harmonicè conjungit, quod Ser. Tullii Regis est: qui Numam & Romulum simul æmulatus est; ne, ut sub illo, dissolverentur: aut, ut sub hoc, efferarentur animi civium. Nihil igitur omittit, qui Servium in regno imitatur; sed rectam civitatis gubernandæ normam tenet.

2. Posterior, prioris confirmatio est. Nam ut scopulum, nequidquam verberant marini fluctus; ita suis librata ponderibus stat, & semper stabit justa rerum gubernatio: hostibus formidini, civibus quieti, sociis præsidio.

D Roma-

Romanorum Imperatores.

Rudolphus i. Rom. Imp. Rex Ger.  
Landgra. Alsat. Com. Habspur.

Hierographia prima Caesari simp.



Adolphus Rom. Imp. Germ. Rex  
Comes Nassaviens. etc.

H II.



Albertus i. Rom. Imp. Ger. Rex  
Austriae Dux prim. Comes Habs.

H III.



Henricus vii. Rom. Imp. Germa.  
Rex. Luceburgensis Comes

H IIII.



Ludovicus Rom. Imp. Rex Germ. Vtriusq.  
Bavarie. Dux.

H V. Gemma.



# I. HIEROGRAPHIA SIMPLEX VTI SEQUEN- TES CÆSARUM.



UEMADMODUM Pœnis, Romani populi legatus, eodem sinu pacem & bellum offert; ita Imp. Romanorum Rodolphus I. Cæsar, eadem manu hostibus & dubie fidei sociis, ut animadvertis ex sparo & ramo olivæ, 16.

## II. Hierographia simplex.

Adolfus ab Augusto sumsit; Augustus ab Euripide, verba duo natura inter se opposita, & arte decenter coalita. Hæc loquuntur, tantum vocem non edunt, anchora, quam moliri operosum est; & Delphin, quo nihil expeditius. Præcipitare negotium, est id perdere, Si aliis in rebus mutare consilium & rationes licet, In bello, pœnitentiæ non est locus, ut hoc non ad voluptatem pictum, sed ad necessitatem præceptum intelligas.

## III. Hierographia simplex.

Hæc cunctationi opposita est: telum enim volatile Albertus I. manu tollit, tantum non vibrat: & increpans in negotio prægnanti, tarditatem, Tolle moras inquit, ex Lucano fortè: Rectè, imò Regiè. Nam Alexander Magnus, interrogatus, quid tantas res ea ætate gessisset? Nihil differens, ait: Cæsar nil minor, celeritate sapius, quàm vi vicit. Eiusmodi Principes, cum habemus, non est quod alios de Rep. gerenda consulamus, Erudiunt enim ipsi nos. Tantum abest, ut alienis, vel rudimentis, vel præceptis indigeant. Hic certè Imperator, duobus verbis summam belli gerundi complexus est, Tanti est cum in omnibus rebus, tum bellicis præcipuè non feriari,

## IV. Hierographia simplex.

Fide parentum, puta: consilio autem imperantis, Resp. firmatur. Atq; hæc quidem, caduceo coronato vult Hierographus. Nam Mercurius virga inter angues fortè dimicantes inserta, pugnam diremit: qui parte media, sui voluminis, nodo, quem Herculeum dicunt, inter se vinciuntur: & ab hoc reflexi, dum in oscula cœunt, circulum describunt. Sic scilicet iudicio Magistratus, controversiæ inter cives dirimuntur; & eiusdem consilio bella cum hostibus finiuntur. Manus verò inter se devinctæ, non tantum volunt fortasse fidem civium; sed mutuam benevolentiam civium & Magistratus: jurat in leges, & injuratus legibus Divinis tenetur: naturalibus obstringitur,

## V. Hierographia duplex.

1. Aquila est orbi hiulco insidens ita; ut unguibus hiatum cohibeat, Cum Hieroglypto concordat Symbolum ex eo natum: quod sibi de competitore victoriam promitteret,

2. Et hæc Aquila Solem contra tuens, audaciam eiusdem, contra rivalem, cujus familia Sole clarior, declarat. Symbolum simile, quo jam se non tantum adversario opponit; sed & cum Deo parum modestè ponit. Est quidem Aquila Jovi sacra, ut ad fabulas rem revolvamus: & à Mario, ut in historia, sola legionibus, est, Plinio teste, consecrata. Sed absit mihi omnis cum Deo comparatio, Iniqua enim est, ne dicam, stolidi & vesana.

*Romanorum Imperatores*

*Friedericus Pŕtcher Rom. Imp. Germ. Rex  
Aus. Stirie Carint. etc Dux Com. Habs.*

H. VI Gen



*Carolus. iiii. Rom. Imp. Ger. Boh.  
Rex Dux utriusq. Sles. Lucemb.*

*Wenceslaus Rom. Imp. Ger. Boh.  
Rex Dux utriusq. Slesie Lucemb.*

H. VII. simy



*Sigismondus Rom. Imp. Rex Germa.  
Hung. Boh. Dal. Crov. Scla. Bosnie*

*Barbara Hermani Com. Cilię filia  
Sigismondi Imp. uxor*

H. IX.



## VI. Hierographia gemina.

**H**IC femore tenus, Statua in basi stat: istic integra, Pugilis forte. Utriusque idem Symbolum: haud dubie, quod ut fundamentum, est ædificii firmamentum; ita consilium Regis, sit fundamentum regni, ut, vulgò homines, alia in Principe observent: quemadmodum domus parerga potius, quàm domum. Demosthenes profecto, cum alii alia laudarent in Philippo Rege Macedonia, vituperare illas laudes & regias querere. Quæ illæ? inquires; se regere, uti opinor, & Remp. gerere. 17.

## VII. Hierographia simplex.

Lynx est acuto visu, maculoso tergore. Audaciæ simulacrum Sigismundus vult. Timidam tamen Horatius appellat. Olaus Magnus ab ignavia tectur: cui de animali patriæ, scribenti debemus assentiri, præsertim si etiam cum cervis bellum gerit, ut credit Gesnerus, Cervi enim in Sueciana non sunt. Certè, quæ prævidemus, minus timemus, ut illa perspicacia, feram omnia contemnentem faciat.

## II. Hierographia simplex.

Venceslaus, si cætera, infra Majestatem Imperatoriam; hoc supra multos Regum & Cæsarum: quod, cui reluctari non poterat, cesserit fortunæ, nec in fratrem quidquam gravius statuerit, quem fortuna dedit aliquando in potestatem. Hoc vult cum Navi & cælo & mari agitata; tum sententia medius fidius gravi.

## IX. Hierographia simplex.

Orbem Coronatum decenter vides. An gnomen probes, nescio. Quemadmodum enim non eodem omnes palato sunt, cum hos acra, illos dulcia capiant; sic nec ingenio Ulysses tectus: Ajax nudus. Illi probaris facile: huic minimè. Plures fortasse sunt Ulysses, quàm Ajaces. Et verè simulare, citra injuriam, semper enim hæc absit, ad rem, si cujus Magistratus facit. Nam solers mater, liberos infantes prudenter decipit; quos perderet, omnia nudando. In populo autem quot sunt infantes? Non quæro, ætatène? sed vanitate?

## X. Hierographia simplex.

Danaem Juppiter aureo imbri perfudit, & compressit. Hac fabula, & non fabulosa sententia, conjunx Sigismundi Barbara, pudicitiam venalem censet, liberalior tamen pudoris sui.



Romanorum Imperatores.

Albertus in Rom. Imp. Germ. Hung. Bohe. Dalm. Croa. Scla. Bosnie etc Rex. Archi. Austr.

18




Fridericus in Rom. Imp. Rex Ger. Hung. Dal. Croa. Scla. etc Arc. Au.

Leonora Eduardi Regis Portuga: filia Friderici in Imp. uxor.



Maximilianus in Rom. Imp. semp. Aug. Pluriumq. Europe Prouinciar. Rex et Princeps Potentiss. Archid. Aus. Dux Burgu.



*XI. Hierographia duplex.*

**I**Mò pene eadem. Nam idem signum, idem Symbolum, Hoc differens, quod hìc celitus datur; istic à signifero exceptum, nec ab eo solo gestetur; habebat enim signifer laboris socium. Et sunt eadem uspides hastarū utrinque in utraq; facie Numismatis. Signum, inquā militare, quod à Persis (nam aqnam Xenophon notat in expeditione Cyri) per Macedonas Imperii successores, ad Romanos transit. Qui autem socio præreptum vult; in hostes videtur missurus, quod dubiis in rebus ad concitandos militum animos, factum legimus frequenter. Atq; hæc sub oculos cadunt. Quod autem celitus datur; a Deo pendere victoriam Imperator ostendit. Ita videor Hieroglypta intelligere. Quod autem victoria fugam nesciat, non scio, quid Albertus II, velit. Nam ipse in apparatu belli Turcici, in agro Strigonienfi mortuus est: & fortuna in bello sæpè mutat vices; ut propior victo sit sæpiùs, qui tandem vincit. Dicitur Græcis *νίκη* & quidem *ὄψα τὸ μὴ εἶναι* à non cedendo, sed quàm *ἐπιεργασία* Homerus, mutantem subinde vices, verius nominat: Virgilius alternam, Boni igitur ominis potiùs, quàm veri nominis causa, dictum quod scriptum legis, puto.

18.

*XII. Hierographia simplex.*

Leges & arma in promptu habes, illæ regunt, hæc tuentur imperium. A Justiniano habet Imp. Fridericus, ut sine quibus Imperatores, non modò Imperium, sed ne nomen quidem tueri possunt.

*XIII. Hierographia simplex.*

Consociatio est, quam compaginem vocant. Sed Imperatrix de Analogia loquitur, quæ nobis est proportio. Dividitur autem in Arithmeticam, Geometricam, & Musicam. Quam omnem Timæus Platonis, in mundi fabrica observat. Bodinus in Rep. primus, ut videri vult. Duas certè priores species notant Plato & Aristoteles in Rep. Sed Poëtæ harmoniam Cadmo antè desponderunt, Et illi concentum ex Arithmetica & Geometrica proportione, suaviorem quavis vocum harmonia cognoverunt. Est autem rerum proportio, in natura, ni esset illa; hæc non esset. Nunc concors ista rerum discordia, Naturam ut statuit, ita servat. Est in Rep ut studia pacis, quæ Palma significat: & belli, quod signa & arma, totis finibus inter se disiuncta, vel cæco declarant. Hæc enim coronam, quam læva tenet, retinent: & ut domi pacem præstant; ita foris victoriam pariunt.

*XIV. Hierographia simplex.*

Cor, quidem cuiusvis est, sed Regis dicitur à Sapiente esse in manu Dei. Nos enim legibus subjacemus; ille superior legibus, Deo. Hic cor, quacunque tandem corona cinctū, Regium est. Velim esse ex Anagyri, cuius folio adhuc virentia sedant tumores, si credimus Galeno, Laudabilis enim est in summa potestate, summa moderatio.

*XV. Hierographia simplex.*

Sex radiis Mystæ rotam vitæ humanæ fulciunt: propter totidem vices. Quam aspidem acumine gemino per internodia dirimunt; hujus vitam laboriosam volunt. Volvitur autè hæc rota sub mundo, qui mundi Principem notat, cuius vox quoq; exauditur: per tot discrimina rerum. Quot verò? Quot acini sunt Punici mali. Sed &, ut hoc duri corticis est & insuaui s; ita acini grati: nuclei medici. Ad rem accommodatè. Nam dulcissima est, rectè factorum recordatio.

D 4

Roma

Romanorum Imperatores.

Maria Ducis Caroli Burgundie  
filia uxor Maximiliani I Imp.

Blanca Maria Galeaty D. Medio:  
lani filia Maximiliani I Imp. uxor.

H. XVI Gemina



Carolus V. Rom. Imp. ac Rex Germanie Hispanie utriusq. Siciliae.  
Hierusalem Hungarie Dalmatie Croatiae Sclavo. Sardi. et Indiaru ac  
terra firme maris Oceae etc.

H. G. XVII



Carolus V. Rom. Imp. Germania Hispaniaru Indiaru.  
Rex etc.

H. G. XVIII



XVI, Hiero



*XVI. Hierographia duplex.*

**P**rimò, Imp. Maximilianus primus, priorem uxorem duxit, Mariam Caroli audacis, ultimi Burgundiæ Ducis filiam, ex qua sustulit generosam sobolem utriusq; sexus. Hoc significare vult aquila. Ac quod hæc pullos suos, qui Solem contra tueri nequeunt, nido, ut degeneres expellat; prolem suam omnem generosam, ut erat, asserit. Hinc illud Symbolum. Sed & in eo vincit Aquilam: quod hæc tantum tria ova pariat: & ædio alendi, exclusum, ex pullis, unum exturbet. Quippe eo ipsis tempore cibum negavit natura, ut scribit Plinius de quadam Aquilarum specie: ne internatione, reliqua animalia, delerent. 19.

2. Posteriolem duxit Blancam, Ducis Insubriæ filiam, majori spe, quam re. Licet Junonem Poëta appellet, quod nescio cui Jovi, apud Paganos, non licuit impunè. Hic Junonia est avis; ut istic Iovis in Palma, non illa frugifera, si tamen altera non est laurus. Species referre arboris non est operæ pretium; & sine opera nostra, pretium est apud Plinium, ac nescio, an apud Theophrastum quoq;. Hoc scio Aquilam in rupibus nidificare, & arboribus. In palma lauróve collocare licuit Imperatori: debuit sculptor in fæcunda. Multò minus Buxo, quod semper vernet, Belgæ palmam nuncupant.

*XVII. Hierographia duplex.*

Columnæ utriusq; sunt binæ. Inter posteriores Aquila alis utramq; contingens. Coronatæ utrobiquè. Herculis appellant, siue montes Calpen & Abylon: siue æreas verè columnas, quod ulteriora, omnia esse mare, creditum sit vulgo. Nam Platonis in Timæo, alia longè sententia est: & altera esse, si non continentem, insulas, Sertorius apud Plutarchum ostendit. Columbas avo materno Caroli V, Imp. orbem novum aperuit, Carolus plura detexit, atque occupavit. Unde Symbolum, ex Pindaro sumtum: Plus ultra, utriusq; Hieroglypti idem. Nam & in Hieroglyptis hoc tantum discriminis est: quod uno utitur, ut Rex: altero ut Imperator.

*XVIII. Hierographia gemina*

1. Zodiacus est, & in Circulo suo Sol, sed nondum in auge: sic enim Alfonso Apogæum vocat, Græcè tamen: fulgorem quippe significat usu populari: in arte verò maximum recessum Solis à terra, qui est circa quartum ferè gradum Cancri. Quid vult Imperator tam erudito Symbolo & Hieroglypto? Plura sperare ex quo nondum omnia detexerat: & magna licet, animi sui magnitudine duceret inferiora.

2. Spes prisca honoris, & restituendi Imperii suscitata est, ex capta Urbe, quam Tyberis secat. Hic enim ille est, qui inter populeas frondes, tam largo utre, rivum profundit, oblata fortassis ab aliquo assentatorum majori animo contempsit Imperium urbis: quam sui urbem ceperunt.

Romanorum Imperatores

20

Carolus v. Rom. Imp. ac Rex Germaniae Hispaniae et India:  
rum. etc.



Carolus v. Rom. Imp. Rex Ger:  
Hispa: Indiae, etc.

Isabella Emanuelis Regis Portuga:  
filia. Caroli v. Imp. uxor.



Ferdinandus Rom. Imp. Rex Germaniae Hung Bohem:  
Dalmat: Crouat: Sclauo: Infans Hisp:



XIX. Hiero

*XIX. Hierographia gemina.*

**P**rimò Carolinorum dixi, non Caroli Numisma prius. Et hoc ærarium 20.  
Bruxellensium est, ut ex inscriptione constat. Calculus ex Pyxide  
ratiocinarorum, Est autem in hac facie, aquila, pede altero Basiliscum cal-  
cans: altero anguem tenens. Aquila Imperatorem signat: Basiliscus & anguis,  
Imperatoris hostes, bello jam subactos: ut quos in manu, in potestate ha-  
beat.

2. Laurea cum ipsis baccis corona, victoriæ utilis index est: vineta per-  
petuitatem & pacem secutam indicat. Pacato igitur hostico, jure oblata est  
Carolo.

*XX. Hierographia simplex.*

Imp. Carolus, elocans filiam Mariam, Maximiliano Imperatori, locavit  
sub manu Dei. Hinc ille manus: & duo MM (initiales litteræ Sponsi &  
Sponsæ) fidi amoris ergò, inter se conjunctæ.

*XXI. Hierographia simplex.*

Charites sunt, quarum averfa rosas utraq; manu tenet, pro flore ætatis:  
dextra Myrtum propter venustatem: læva glandem, sæcunditatis ergò, aut  
moderationis in tanta fortuna. Urna perpetuò fluens, stirpem generis pro-  
mittit: Corona regnum. Genii sociare se Deabus gestiunt, quod augustiora  
sunt, quam humana, quæ Principibus bona obtingunt. Quod non tan-  
tum amore sed judicio, in sua conjugè Imperator amplexus, ante Charites  
ponit. Nec divinatio sagacissimum Principem fefellit. Nepos enim rerum  
potitur: & filius hereditariò matris regno crevit.

*XXII. Hierographia gemina.*

1. Biceps Aquila imaginem Crucifixi gestans Ferdinandum Imperato-  
rem proponit, omnia sua cum Imperio, committentem Deo.

2. Danubius ex Germania per mediam Hungariam means, variis ostiis  
se in Pontum Euxinum exonerat. Eo signatus est Numus, quo tempore res  
Imperatoris erant in Hungaria secundæ, recepta ex pacto Transylvania.



*Romanorum Imperatores*

21

*Ferdinandus Rom Imp ac Rex Germ Hung Bo  
Dalma: Crovia: Slavo: Infans Hispania Arch Aus*



H. XXIII Gem.



*Anna Regina Hungariae et Bohem:  
Ferd: Imp: uxor: Wladis: Reg: filia*

H. XXIII Imp.



*Maximilianus II Rom Imp Rex  
Germaniae Hunga: Bohem: Dalma: et*

H. XXV.



*Maximilianus II Rom Imp Rex Germ Hung Bohe Dal:  
Crovia: Sclavo: et Electus Polonia Archidux Austriae*

H. XXVI Gem.



XXIII, Hiero-

## XXIII. Hierographia gemina.

Vtraq; habet Sphæram, cum insignibus gentiliis. Prior super positam: posterior infra Aquilam, ut hîc sit basis, istic fastigium. Vtraq; ductas à centro lineas ad circumferentiam. Aut me omnia fallunt: aut bonus Imperator undiq; spirat Deum: & sperat cœlum, Atq; ei hoc fuisse propositum, Symbolum clamat: Christo duce,

## XXIV. Hierographia simplex.

Connexæ dextera, altera est Imper. Ferdinandi: altera Annæ, Reginz Hungariæ, Filiz Vladislai, Omen connubii, quod perpetuum, & stabile, expetit Symbolum, Rosa, cum venustate, suavitatem. præterdit,

## XXV. Hierographia simplex.

M. cum Cæsareo diademate, est Imp. Maximilianus II. mundus verò, quidquid in mundo est. Sceptrum autem jus: Entis arma, quibus jus vindicandum est. Quod quia difficile, Domino orbis, rem permittit,

## XXVI. Hierographia gemina.

1. Prioris Symbolum est Græcum: In tempore utrumq; id est, nunc placabilitate, nunc severitate opus est, ad retinendam Imperii Majestatem, quemadmodum Aquila biceps, si loqui posset, simul loqueretur. Sed vocalis est palma, Præmii simulacrum: & fulmen, irati Jovis argumentum.

2. Posterioris latinum, comminuam, vel extinguiam, puta semiplenam Turcarum Lunulam. Hoc enim Aquila, id est, Imperator à Christo optat; cuius Cruce insignivit fastigium Coronæ.



Romanorum Imperatores

22

Maximilianus II. Rom. Imp. Rex Germ. Hung. Bohem. Dal.  
Crouatiz Sclauonie, electus Polonie etc.



H. XXVII. G.



Maximilianus II. Rom. Imp. Rex Germ. Hung. Bohem.  
Dalm. Crou. Sclau. electus Polonie.



H. XXVIII. G.



Maximilianus II. Rom. Imp. Rex Germ. Hung. Boh.  
Dalm. Crou. Sclau. electus Polon.



H. XXIX. G.



XXVII, Hiero-

*XXVII. Hierographia duplex.*

**P**rimò. Sic aliena, qui invadit, quod huic, sub Equite, strato eveniat. Non  
vana imprecatio Imp. Maximiliani Regis Poloniæ designati. Nam Ste-  
phanus non fuit longævus, & agnati, suos quisq; patitur Manes,

22.

2. Victrix corona per Mundum & Diadema transiens Domino & Ar-  
chitecto Mundi, Regnum & Imperium refert acceptum: aut verò dignus  
ea corona Maximilianus, cuius Littera capitalis, medium obtinet. Nam ex  
Mundo, imperii insigni, arcus exit: cuius cornua ad peripheriam Numif-  
matis, quæ hic extrema cæli superficies est, tendunt; quod non aliud sit po-  
testatis regiæ tutor, quàm dator, Deus,

*XXIII X. Hierographia duplex.*

1. Simplex utriusq; & idem Symbolum, nec non pium. Nam de sua dif-  
fidit prudentiæ: & providentiæ fidit divini. Igitur Aquila, nunc insidens  
Mundo cancellato, (quod iudicium est difficultatis regnandi) mordicus An-  
guem tenens, nihil aliud vult, quam Imperatorem, omnia & præterita, &  
præsentia & futura, Deo permittere. Hæc scilicet anguis licet hic non in spi-  
ram actus, notat,

2. Aquila insidens globo terrestri, ætate, ut apparet gravis, exhibet Im-  
peratorem, mole rerum gravem, nec levem ætate, in Deo, conditore huius  
Machinæ, totum acquiescere. Tenia autem circumfusa sine notis, notat Im-  
peratoris, & non cuius nota consilia,

*XXIX. Hierographia gemina.*

1. Cænotaphium est hæc Pyramis: nihil enim simile est Pragæ in mo-  
numento. Ad imitationem veterum Ægypti Regum: quos etiam æmulata  
est Roma, in tumulando Casare. Luna infastigio deficiens, mortem desi-  
gnat, id est, animæ migrationem è corpore. Nam in scapo, Æternitas ani-  
mæ impressa, dicam, an expressa est, pic à Christianis. Et Cyrus hanc viam  
ingressurus, graviter apud Xenophontem, de immortalitate animæ differit,

2. Romani Principes suos referebant in numerum Deorum, Pyra cre-  
mabatur corpus, in culmine Aquila erat retinaculis dextrè vinctæ. His adu-  
stis Aquila, altum citta tenebat ut pluribus, Herodianus. Et hæc credabatur,  
animam Principis, in cælum vehere. Explosa superstitio est. Hic tamen A-  
quila, pro Imperatore, verba facit, ut quis ex Symbolo intelligit. Nam in-  
signia Imperii, & signa belli, humi posita, aperte clamant, depositam esse re-  
rum humanarum curam, quæ nihil ad divinas,



Romanorum Imperatores

27

Maximilianus Rom. Imp. Rex Germ. Hung. Dalm. Crouat. Sclau. et electus Poloniz etc.



H XXX G.



Maria Caroli v. Imp. filia Maximiliani Imperatoris uxor.



H XXXI G.



Rudolphus ii. Roma. Imp. Rex Germ. Hung. Bohem. Dalm. Crou. Sclau. etc. Archid. Aus.



H XXXII G.



XXX. Hiero.



## XXX. Hierographia gemina.

25.

PRimò: Quæ sinistra est, ad dextram converto. Nam M. id est, Mariæ, (quod prima littera nominis sit) sola spes erat, M. id est, Maximilianus; in marito enim fida conjunx acquiescit.

2. Posterior ergò re, quæ prior est ordine. Sed nec à proximo Numismate aliena est, vides enim inter frondes, frutices, pyra, id est, Pyramides, ablato enim in acutum, quo pacto flamma desinunt. Vides, inquam in corolla, quæ cingit meditationes Imperatricis, & hac notat sobolem felicem: cujus, propter ætatem, tota spes erat, in frondibus, id est, in spe. Interiora sunt angustiora. Tres Coronæ in medio positæ, media Imperatoria; dextra, Castiliæ; læva Aragoniæ designant abjectum omnem fastum, Subjecta corona spinea, quam quinq; vulnerum Christi capitalium stigmata, distinguunt, reliquam vitam in ærumnis, quæ tamen ad melioris vitæ spem erigunt, positam indicant. Atq; illa supernè fulgens spes ex Iride emicat. Corona clarum bravium, & certaminis præmium est. Quod etiam Poëtæ voluerunt; Hesiodus & Horatius, Ariadnæ Bacchus dedit: & ea mortua, ut virtutis memoria non moritur, retulit in cælum. Sidus est, supra humerum Arctophylacis. Oritur, cum Scorpione, Nonis Octob: occidit, ex oriente Cancro & Luna. Habet stellas novè ordine, & in orbe. Si pictor subtraxit, ignoscendum est: si Mysta, cognoscendum est, octo species beatitatis designari. Sed & sunt qui octo tantum stellas numerent.

XXXI. Ad superius Numisma te mecum  
converte duplex est.

Semper secutus sum ordinem. Hic non excedo, sed in ordinem cedo, finem vitæ, & infinitam vitam Imp. Maximiliani II. Cæsaris.

1. Duo Hirco nitentes in contraria significant, ille immortalitatem animæ: hic mortalitatem corporis: Mystica interpretatione recepta antè.

2. Symbolum prius non exposui: positum enim est in luce. In hoc nihil obscuri. Et si quid esset obscurum; id manifestum fit, ex Anno & Consule, id est, inscriptione interioris circuli: scribitur enim quo anno ex hac vita misera & momentanea, in illam felicem beatamq; migravit Imperator. Cæterum laurus cum baccis, immortalitatem patri, & immortalem gloriam liberis in hac etiam vita promittit. Certè & fascia, qua devincitur, regiam, si non potestatem singulis: dignitatem omnibus.

## XXXII. Hierographia duplex.

1. Calcûli in abaco sex (septimus enim patri divinitus obtigerat, ne miremur subsultare) concordiam suffragiorum exprimunt: tot enim reliqui sunt, secundum Regem Bohemiæ, Principes in Imperio viri,

2. Semper parco labori meo, & tuo lector, scilicet; Hoc est, quod Symbolum prius, præterit silentio. Et hoc quid habet difficultatis? Aquila jam tum meditabatur bellum in Turcas. Hinc illud telum, quod unguibus librat.

*Romanorum Imperatores*

24

*Rudolphus II Imp: Rex Germ: Hung: Boh: Dal: Cro: Sla: etc Archidux Austria.*

*H XXXIII Gem.*




*Rudolphus II Rom: Imp: Rex Germ: Hung: Boh: Dal: Cro: Sla: etc Arch: Austria.*

*H XXXIV G.*



*Rudolphus II Rom: Imp: Rex Germ: Hung: Boh: Dalm: Cro: Sla: etc Arch: Aus.*

*H XXXV G.*



XXXVIII, Hie-

## XXXIII. Hierographia gemina.

24

**P**rimò, Rursus Aquila volatile telum tenet, vibranti similis, sedens in fascia, cuius Symbolum est: Adsit, Supple, inquit de Schola aliquis: Dominus, Mysta singulas etiam litteras ponderat, ut in nomine Adam Peda secutus Græcos. A. Adjuvante, D. Domino. S. Superabo. I. Imperatorem. T. Turcarum. Ego piis votis applaudam: Quod faxit Deus præpotens, & immortalis, Versibus id variis expositum Seco Bervitio jam Pellenæ imposui, ad Sac. Cæs. Maj. Hoc sum brevior.

2. Aquila hîc medium cœli tenet: quia dissipat Barbaros: ac tendit ad majora, quod cæsis fugatisq; hostibus spectet diadema illud ἀσπέρην repositum in cœlo.

## XXXIV. Hierographia gemina.

1. Mundus, Imperii orbis terrarum insigne est: sceptrum tuendi: ensis defendendi: utrinq; laurus, gloriæ paris bello & pace, inter mundum & coronam R. Rodolphi Princeps littera. Hæc poterant esse occulta. Quid apertius pia sententia? A Domino pendere Regna & Imperia.

2. Aquila tota in Deum versa, quem hîc Sol ostendit; significat Imperatorem, pro salute publica, Deo vota nuncupare.

## XXXV. Hierographia duplex.

1. Duæ Coronæ, hæc major, & quæ minorem cum nomine Rodolphi II. Cæsaris Augusti ambit: illa minor, diversæ sunt. Laurea quippe interior: palmea exterior. Hæc major, quod multitudinis, optantis pacem: illa minor, quod Cæsaris cum sagacioribus, qui semper numero pauci sunt, sperantis victoriam.

2. Sic itur ad astra, Qua, quæris, via? Virtute & constantia, Deiq; inprimis, ne tollamur inani virium aut rerum fiducia, incomparabili auxilio.



Romanorum Imperatores

25

Rudolphus II Rom. Imp: Germ: Hung: Bohemie Dalmatie  
Croatie Sclavonie etc: Rex. Archidux Austriae.




H XXXVI G



Rudolphus II Rom. Imp: Germ: Hung: Bohem: Dal:  
Crou: Sclau: etc: Rex Arch: Aust:



H XXXVII G



Rudolphus II Rom. Imp: Germ: Hung: Bohem:  
Dal: Cro: Scla: etc: Rex Arch: Aus:



H XXXVIII G



XXXVI, Hiero.

XXXVI. Hierographia gemina.

Primò. En Cæsaris sydus oppositum, semilunæ Turcarum, Ita Deo placuit, horum immanitatem, illius humanitati opponere, 25.

2. En contra monstrum, Parma constantiæ, & gladius vindictæ, Monstrum Chimæra est, quam Bellerophon bello vicit, tricorpor, ut Homerus describit. Charistius interpretatur tres unius virtute populos superatos esse. Et Cæsarem divinitus concitari, aduersus Turcam monstruosum hostem: quod enim hoc Imperii genus à parricidio auspicari? nullis terminare legibus? sola niti libidine? indicat Symbolum, ex Poëta sumtum: Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. Jam triceps est, quod in Europa, Asia & Africa tyrannidem extendat.

XXXVII. Hierographia gemina.

1. Aquila biceps, in rupe sedens, Imperatorem in fastigio exhibet; & dum altero capite Solem suspicit, altero serpentes circa rupem reptantes despicit; bona spe implet, divini auxilii, contra humanam cum vim, tum dolum. Atque hæc duo sunt, quæ contra duo capita erigit Imperator, necesse est, Quæ illa capita? Potentia & Prudentia, mente in Deo non solo, at solo fixa.

2. Deo Opt. Max. Imperator proteia, piè defert. Deuteria copiis, modestè. Nihil enim sibi seruat: cui secundum Deum laurus, quæ peripheria huius Numismatis est, meritò debetur.

XXXVIII. Hierographia gemina.

Thema suum Cæsar Rodolphus utraq; facie exprimit, cum diversis, sed notis Symbolis, Et antè, ut apud Tranquillum est, eodem signo signavit nummum Augustus Cæsar, Felix huic fultit: illi felicius fulgeat, Deum, qui astra ut condidit, moderatur, rogo.



Roma-

Romanorum Imperatores.

Rudolphus II. Rom. Imp: Germaniæ Hungariæ Bohem: Dalmatiæ Croatiae Sclavoniæ Rex. et.

H. XXXIX. G.



Turcorum Imperatores.

Saladinus Sultanus Ottomanus Turcoꝝ Imp: Babiloniæ Damasci Aegypt: Rex.

Baiacet Sultanus Ottomanus Turcoꝝ Imp: Babiloniæ Damasci Aegypt: Rex.



Selimus Sultanus Ottomanus Asiae Babiloniæ Aegyptiæ Rex: Turcoꝝ Imp:

Solimannus Sultanus Ottomanus Asiae Babiloniæ Aegypt: Rex: Turcoꝝ Imp:



XXXIX, Hie-

PRImò, Quid magis, inquit Iustitia, ad Deum provocans, aut diutiùs præstolaris? nec subvenis mihi, cui tamen Imperium rerum humanarum tradidisti? cum terra & mari oppugner? Fuit enim tempus, quo terra mariq; rem gereret Turca, hoc etiam bello.

2. Jam, Adsit, interpretati sumus antea. Hic boni ominis causa, bene repetitur; Divinum enim adsit auxilium, ubi humanum deficit nos, necesse est.



# I. HIEROGRAPHIA MAHOMETANORVM SIMPLEX.

**S** Aladini, qui regnum nostrum Hierosolymis delevit, exuvias, vel suparum, vel sagulum vides, Moriens enim circumferri iussit, ne quis rerum successu intoleresceret, dignus qui pro nobis staret: aut qui in Repub. nostra renasceret, 26.

## II. Hierographia simplex.

Hoc teste victoriæ Barbarus, perfidiæ nos arguit, Erant enim ea tempestate, qui fidem Barbaris datam violari posse, malitiosa juris interpretatione, censerent.

## III. Hierographia simplex.

In cremento Lunæ, incrementum Imperii signat, Sed & decrescit Luna; deleaturq; tyrannis illa opto, Supplicii muliebribus non debellatur bellum. Quid igitur Cæsari opem non fertis, o viri? o Christiani? Sed & Deus in vota vocandus est: sine cuius ope, nostra habent arma.

## IV. Hierographia simplex.

Quatuor candelabra, jam ante me interpretantur alii, totidem orbis plagas: & inscribunt Turcica lingua, Alla vere, id est, Deus dabit, ut religio Mahometana, reliquis orbis partes comprehendat. Quod non sinat Christus lux mundi, Certè æstuabat tùm temporis ut hinc lucerna una, Nunc incendium, proh dolor, latius serpit. Nulla virtute Barbarorum, sed nostra partim ignavia, partim discordia, proh nefas o Christiani vos appello. Et quod cæterorum opem nequidquam plorem, vestram imploro Germani.

Reges Hispaniarum

27

Ferdinandus III Rex Legionis et Castellae qui Mauras in Baetica pri: conclusit

Alphonsus X Rex Legionis et Castellae Electus Imperator



Sanctius III Rex Legionis et Castellae Alphonsi filius

Ferdinandus III Benignus Rex Legionis et Castellae




Alphonsus XI Rex Legionis et Castellae

Petrus II Rex Arragonie



HIERO.





# HIEROGRAPHIA REGVM CHRISTIA- NORVM.

## *Primum Hispania simplex.*



**R**IMA, est Ferdinandi III. Regis, ut vides, qui Mauris in Bætica conclusis, visus est sibi, non in Hispania tantum, polliceri Imperium; sed Gubernatore Deo, clavum orbis terrarum.

27.

## *II. Hierographia simplex.*

Alfonsi hæc est litterati Regis. Pelicani meminit Ælianus. Storges nos antea, Celebris aliàs vulgò est. Vult intelligi, se devovisse vitam suam Religioni & Reip.

## *III. Hierographia simplex.*

Lacessentis & ad duellum provocantis imago & sententia est. Ferocis sit in acie militis, Regis non est momento temporis, de summa rerum periclitari.

## *IV. Hierographia simplex.*

Tres volutæ sunt, sive, coronæ statuarum: ars enim imitatur naturam. Artem docet Vitruvius. Supra has Diadema Regium. Quæri vult Rex rebus benè gestis honores cum humanos, tum divinos, id est immortales. Nam quod in lemnisco circum lamberet per litteras divisum; id Ferdinandus quodam die, in aciem educens militem, fufius expressit: Dia de mas valer, Dies, quò virtus magis est illustranda.

## *V. Hierographia simplex.*

Mustela fumo circumfusa, mori malle dicitur, quàm transilire, ne pellem inquinet, & credit Jovius. Gesnerus tamen etiam flumina transilire continuatis saltibus, observatum scribit; nec metuere, ne tingatur. Cæterum Alfonsus Rex, eò spectavit. Nam admonitus, ut in conjuratos animadverteret, quorum Princeps erat unus ex agnatis, regiè respondit, malle se mortem optetere, quàm gentilium sanguine, manus inficere.

## *VI. Hierographia simplex.*

Hic magni fecit Imperium: aut veriùs imperantem omnibus Deum. Nam & Jovis hæc ales est: & Imperii Romani insigne, ut ante dictum. Verba nemo non intelligit. Sub umbra alarum tuarum Christe, quas pro nobis in cruce extendisti,

F

Regis

Reges Hispaniarum

Jacobus I. Rex Aragonie qui Valen: Petrus III. Rex Aragonie Primus Rex  
tia et insulas Baleares occupavit. Sicilie et insulas Gallie et Insulas Balea.



Jacobus II. Rex Aragonie Valentie  
et Insularu' Balearum.

Alphonsus III. Rex Aragonie Valentie  
et Insularu' Balearum.



Petrus III. Rex Aragonie Valentie  
et Insularum Balearum.

Martinus postumus Rex Aragonie et  
Sicilie. qui regna Ferdinando reliquit.



*VII. Hierographia simplex.*

Fortuna dubia & ancipiti, animo & virtute opus. Sic scilicet eques equi- 28.  
tem sternit.

*VIII. Hierographia simplex.*

Murex tetragona forma à Vegetio describitur, in quamcunq; partem incuberit, gravis existit. Hic coronatur. Nam Regis Arragoniæ Petri est; qui Gallos è Sicilia ejecit. Magna de sese opinio.

*IX. Hierographia simplex.*

Nota est Fabula de cerva æripede, & cornibus aureis, quam Hercules fatigavit & comprehendit. Hic adjecit alas, & fabulantem fecit, Con estas, id est, cum istis, auro & celeritate, ad cælum enitar, si tu Deus faveris, calcatis & superatis, potentia æmulis. Certè ubi opus est factum, nequidquam consultamus: & auro omnia, hoc anno expugnari audimus, quod ut luctuosum victo, ita nec pulcrum victori Diffidit enim ferro, qui aurum fundit. Profertur oraculum Apollinis, quis Apollo è Factum Alexandri, Sed quod respuit Romana virtus.

*X. Hierographia simplex.*

Symbolum luce clariùs est: & quid obscuri inserto, ad firmitatem revincto? cujus in apice annulus est, velut arrabo constantis fortunæ.

*XI. Hierographia simplex.*

Deo sceptrum submittit Rex, ut par est, Regi Regum. Coronæ suæ orbem terrarum nihil modici promittens sibi, Gubernatore & Adjutore Deo.

*XII. Hierographia simplex.*


Hic jam ipse gubernaculum orbis terræ corripuit: & supra orbem in luce, non in tenebris sedet; manu aut victoriæ aut pacis ramum prætendens.



*Reges Hispaniarum.*

*Petrus Rex Legionis et Castellae*

*Henricus II Rex Legionis et Castellae*



*Johanni Rex Castellae et Insularum Balearium.*

*Henricus III primogenitus Castellae Rex.*



*Henricus III Rex Castellae et Insularum Balearium.*

*Ferdinandus Iustus Rex Aragonie Neapoli et Insularum Balearium.*



XIII. Hiero-

*XIII. Hierographia simplex.*

**M**anus armata lanceam tenet. Et quasi nullum aliud Regis esset officiū; 29.  
hoc opus est; inquit Rex Petrus, & opus quidem est, ut Rex regnum defendat armis, sed multo magis legibus, quibus gubernet: & propulset arma: multo magis consilio, quo leges & arma gubernantur: maxime iusticia, & hac animi affectione: Ne quem violem. Nam iustum Magistratum Deus iustus tuetur, defendit ac gubernat. Cæterum lancia, unde lanciarii apud Tacitum vocabulum Hispanicum Festo est. Et hoc telo nostri Proceres sævis in se, ad voluptatem, quam ad necessitatem olim gladiatores concurrunt.

*XIV. Hierographia simplex.*

Dux anchoræ vel propter se, vel propter formam decussim firmæ sunt. Hic Rex duorum regnorum opes congerit, & egerit: diademate enim cingit, non male, quod ducem bonum (hoc enim duæ voces Hispanicæ sonant) optat, non impiè, magis piè, si non ducem itineris, sed in omni actione ante signanum Deum optaret. Ineptè, quod cynosuram intrà & non suprà collocat.

*XV. Hierographia simplex.*

Falconem quis primus domuerit non quæro: turpe enim si primus Cæsarum aliquis. Nam aliæ sunt artes Imperatoriæ. Aucupio nimis esse deditos, quibus Imperium dedit Deus, argumento est Henricus Imperator cognomento: non abs re auceps. Majora cedere minori, ut falconi, id est, ingenio vim cedo. Et Principis est ingenium exacuere, non minus, imò magis, quam exercere vim. Hac enim belluæ nobis præstant: illo nos nobis.

*XVI. Hierographia simplex.*

Quercus est, & ut ait Symbolum, semper eadem, id est, Regem decet, nec adversis succumbere, nec prosperis efferris rebus, quod constantia maxime hunc deceat, quo Resp. stat & gubernatur.

*XVII. Hierographia simplex.*

Cernis turrim, & quidem figura perfecta, sed infecta est: & frustra laborant, qui custodiunt eam; nisi Dominus dominans custodierit eam. Hoc fertur dixisse Arragonus, regni Neapolitani Rex, quando suorum levitati, & Gallorum furori cessit. Nec falso. Nam Carolus VIII. qui Gallos rexit & duxit, non toto vertente anno, versis fatis, regnum amisit. Et certè, si absque causa nihil fit; quid facient secundæ cautæ absq; prima & principe?

*XVIII. Hierographia simplex.*

Natura detur, an industria compareretur virtus, quærit alicubi Plato. Eæ naturam arte erudiri, ac corrigi, usu comprobatum est. Ferdinandus voluit videri iustus natura, non arte, non cultu, non educatione. Fucrit talis beneficio Dei, qualis fuit, major est laus, ab his, quæ acquisivimus, quam quæ accepimus. Aliter Regi visum est. Hinc Adamas passim ex rupe lucens, naturæ opera, non artificis.

Ferdinandus Iustus Rex Arrago: et Neapoli.

Alphonsus Magnus Rex Arrago: et Neapolis sapientissimus.



Joannes Rex Arragonie Neapoli etc.

Carolus Rex Valentie et Maior vicarum.



Ferdinan Mag: Catho: Rex Hispa: utriusq: Sicilie: Hiensa: Sardi: insular: Bal:

H. XXIII. Gem.



## XIX. Hierographia simplex.

30.

Crystallum Plinius nihil aliud vult esse, quàm glaciem, quod locis gelidis nascatur, imò Græcis glacies dicitur τὸ ἄλγε κρύου συλλέγεσθαι. Quidquid est, genuinum hic Rex non factitium de rupe ostentat, eadem, qua prius sententia, de Adamante, ut hisdem verbis sententiam explanat. Mutandæ autem imaginis causa, idem sentienti fuit: quod non modò in re gravi, quam refert Adamas; sed & in re fragili, id est vitrea, semper sibi constet, & quidem indole, non simulatione virtutis.

## XX. Hierographia simplex.

Sydus faustum, Hispanicè, faustum ducem appellat. Et hoc est, quod navim ex tempestate in portum revehat. Deus, inquam est, qui Principes variis fortunæ jactatos procellis explicet, & restituat in integrum.

## XXI. Hierographia simplex.

Salamandra sive alitur igne, sive extinguit ignem, ut Plinius tradit, constantiæ indicium est Pierio. Et huic supra, si non subscribit Rex Arragoniæ Joannes, ut legis.

## XXII. Hierographia simplex.

Aves natura armavit. Nos in mutuam perniciem arma cudimus. Non est igitur Aquila, quæ sagittis confodit accipitrem; sed Rex legitimus, cui ut aquilæ in aves, in populum imperium obtigit: qui Regulum aliquem, nequidquam rebellantem, vincit tandem, & castigat.

## XXIII. Hierographia simplex, licet duplex.

Est enim eadem & scriptura & pictura ferè, præter basim. Atq; ut rem paucis perstringam. Gordianus nodus est, quem Alexander Magnus discidit, non distrinxit, ut apud Q. Curtium est. Fama erat, rerum in Asia potiturum, qui hunc nodum solvisset. Ubi juvenis ille nihil ingenio profecisset; acinacem expedit, id est, ad vim confugit. Juvenem Regem, Principes juvenes & senes æmulantur. Tantum enim quisq; tenet, quantum manu tenere, & vi potest defendere. Quod quia majori opera nec eadem semper fit; basis alia atq; alia: diversas difficultates recludit. Rex Alfonso profectò, motam de regno Castiliæ controversiam, armis dissolvit, increpans æmulum: ascende solum, si pluribus labet experiri.



HIEROGRAPHIA

Reges Hispaniarum.

Philippus I. Catholicus Rex Hispaniarum  
 ius Maximiliani I. Imperator filius.

Joanna Regina Hispanie Ferdinandi  
 Regis filia uxor Philippi I.



Philippus II. Catholicus Rex Hispaniarum utri-  
 usque Indiarum Siciliae etc. Archid. Aus.



Philippus II. Catholicus Rex Hispaniarum utri-  
 usque Indiarum Siciliae etc.

H XXVIII Gem.



XXIV, Hiero.



## XXIV. Hierographia simplex.

Burgundiæ Principem vides, & insignia Burgundiæ. Campum etiam, ut sit, interstitio diremtum; ut equitum sit, non equorum certamen. Provocat ad pugnam quemvis, more & audacia Majorum, nec ad duellum, sed bellum magis. Laudat, n. hunc ipsum Philippum Erasmus, nec injuria laudat, sed in juvenia, ut præcoces fruges rarò ad maturitatem perveniunt, extinctus est. 31.

## XXV. Hierographia simplex.

Hujus uxor, sub imagine Pavonis, omnia vana censet, etiam si orbi universo imperaret, tanto Principe viduata.

## XXVI. Hierographia simplex.

Belgæ Philippo II, Regi Catholico in auguratione non tantùm humanos, verùm etiam augustiores tribuerunt honores. Tanti fecere unicum filium Caroli. Inter hos, illud est, quod Philippo cum Jove Imperium dividunt, Pagana assentatione.

## XXVII. Hierographia simplex.

Huic conformis est Phœbus, imò Philippus, quem in quadriga Solis, ut plebs in omnibus immodica est, collocant; & post exterminare voluerunt.

## XXVIII. Hierographia duplex.

1. Quernea corona donabatur, qui civem Romanum servasset. Donatus est Philippus, suscepta tutela fidei, qua stat civitas Romana. Infertæ Rosæ olent pietatem, quæ quod inter spinas pullulent, & pediculo sint spinoso, ostendunt difficultatem patrocinii.

2. Reliquum orbis & delineatur & promittitur: sed Dei solius est dare, ne miremur Regem cecidisse spe; aut assentatores Regis, opinione.



*Reges Hispaniarum.*

32

*Philippus II. Catholicus. Rex Hispaniarum et Viri-  
usq; Indiæ Siciliae*



*Philippus II. Catholicus. Rex Hispaniarum et  
Viriusq; Indiæ Siciliae.*



*Philippus II. Catholicus Rex Hispaniarum et  
Viriusq; Indiæ Siciliae.*



X LIX. Hiero.

## XXIX. Hierographia simplex.

**H**ÆC non est Regis Philippi, sed Belgarum quorundam qui rebus novis studebant. Guefeos appellant, id est, mendicos, à Gothis nomen derivatum Nonnius putat. Fidem Regi tamen se servaturos ad incitas usq; præ se ferebant. Hinc est illa mantica: & circum Gallicè scriptum, fideles Regi ad manticam, id est egestatem, & incitas, ut dixi. Dextræ junctæ societatem denotant. Ex hac societate natum est sociale bellum, inter Belgas & Hispanos, quò etiamnum flagrat Gallia Belgica, nec intacta est Hispania.

32.

## XXX. Hierographia simplex.

Hæc Regis Philippi II. est, ut cernis ex diademate & insignibus Burgundiæ. Nam ad hanc pertinet titulus. Et planè opposita proximæ. Requirit enim in Principibus Belgarum, Majorum fidem, planè, ut Darius, interrogatus, quid maximè optaret, respondit, (aperiebat tum forte Punicum malum) tot Zopyros, quot acinos recluderet. Zopyrus autem is erat, qui Babylonem Regi Dario nequidquam diu obsidenti, ausus in se hostilia, & transfugiens ad Babylonios, subegit, ut Herodotus memoriæ prodidit. Nituntur hæcclè fide parentium, procerû in primis, quos duces, ut pastores grex, multitudo sequitur, imperia Principum.

## XXXI. Hierographia gemina.

1. Pace Cameraci facta, aut in agro Cameracensi inter Philippum II. Hispaniarum, & Henricum II. Galliarum Reges, hic nummus signatus videtur. Nam ut cum duobus de armento tauris, robore præstantibus, cæteri ferè mussant; ita horum Principum sectam, reliqui Europæ Principes sequebantur. Est autem Pax, quæ valvas lahi gemini clausit, sero cincta ad festivitatem, cornucopiæ id est ubertatem quietis, manu ostendens, sed dextra nequidquam faces moliens: arma enim flammam non concipiunt, quod pacis non diuturnæ omen erat. Certè in pace utrobiq; natum est bellum, primùm in Gallia: deinde in Belgio, & furialibus armis prætendebatur religio, Stabat tamen inter Reges pax, donec frater Henrici III. Franciscus, tyrannidem in Belgio appetivit, fratris enim copias simul traxit: non clientes modò.

2. Uni Pellæo juveni non sufficit orbis. Pellæus Alexander Magnus est, à Pella, regia Macedoniæ. Hoc an tortum sit in Philippum Hispanum ab æmulis, quod ad Monarchiam tenderet: aut datum à suis, quod uni orbis terræ Imperium deberi arbitrarentur, in ambiguo relinquam. Equus effrenis & cursu, fuscis jubis concitus, nihil Rege dignum hinnit; sed effrenem licentiam, & omnia occupandi libidinem: quæ procul fuerunt à Regis moderatione. Nam Gallis & juvenis & senex omnia reddidit, quæ belli jure occuparat, consilio magis laudabili, quam utili, De globo terræ nihil dico, est enim in conspectu,

XXXI. Hiero-

HIEROGRAPHA  
XXXII. Hierographia gemina.

1. Regum Christianorū concordia, est temporis, quo servatur, felic itas  
Concordiam signant dexteræ.

2. Forma decussi Rami duo, truncatis frondib. lauri, Ducum Burgun-  
diæ sunt. Coronantur quod extincta stirps, renata sit, in familia Austria: quæ  
jam & regio & imperatorio diademate refulget, Caterum laurus, quod tem-  
per viret, victoriæ dicatur. Scintillæ, quas undiq; sparsas vides, micantem ex  
hac gente, gloriam sonant. Et est ex igniariis laurus, teste Plinio, quæ mutuo  
at tritu, ignem fundunt. Quod si ad omem spectamus; felicitatem porten-  
debat, si inter urendum fragraret, ut Tibullus quodam versu indicat, & inter-  
pres Homeri Eustatius, imò & Porphyrius Philosophus, Nugæ: semper e-  
nim fragrat.



Reges

Reges Hispaniarum.

33

Maria Regis Philippi II. uxor Joa:  
III. regis Portugaliæ filia.

Maria uxor Regis Philippi II. He:  
rici VIII. Regis Anglæ filia.



Isabella Valesia Philippi II. regis.  
uxor Henrici II. Francoꝝ Reg. fil.

Anna Austriaca. coniunx Philippi II  
regis. Maximil: II. Imp. filia.



Philippus III. Catholicus Rex Hispaniarum. utriusq.  
Indiæ et Siciliæ. etc Arch: Austr.



G XXXIII. Hiero-

## XXXIII. Hierographia simplex.

33. **L** Vicitana Herois, veluti Sydus resplendens, soli Regi Philippo dicata, & desponsa est; qui tum ætate & potentia, ut illud cœli jubar florebat,

## XXXIV. Hierographia simplex.

Regina Angliæ Maria, instaurare religionem conata, quo tempore, Philippo nupsit, præmium & pœnam expedit. Ita cæcis lumen voluit restituere: timidis relinquere quietem,

## XXXV. Hierographia simplex.

Connubio pace firmata, omnia sibi omnes felicia promittebant, quod Gallia, quæ hactenus lumini Hispaniæ tenebras offuderat, haud secus, quàm Luna caussatur Ecclipsim Solis, jam cum Hispania colluceret. Est autem insigne Galliæ Regum crescens Luna, Cæterum corona tot stellis distincta est, aut debebat esse; quor regna habet Rex Hispaniarum. Stellæ in circulis Lunæ & Solis spatæ, Principes & Civitates sunt, alterutrius sectam sequentes,

## XXXVI. Hierographia simplex.

Querneis suspensus ramis & in orbem se gyrans serpens, mordicus enim caudam apprehendit, & alatus est, non ita sub mentem, ut visum venit. Prudentiæ tamen satis esse constat, hoc ipso, quod serpens est: Celeritatis; quod alatus: Diurnitatis; quod rotundus. Quæ omnia cadebant in Philippum, erat enim longævus, & vel propter hoc, prudens. Ad agendum suppeditabant vires. Habemus Philippum, ubi conjunx? Num vides columbam in trunco arboris? Hæc Anna Austria est, quæ in orba viduaq; domo surculum gentilicium iniecit, Philippum, inquam, III. qui nunc rerum in Hispania potitur.

## XXXVII. Hierographia duplex.

1. Duo sunt globi, alter cælestis, alter terrestris. Hunc patriæ conatur subdere: illum Deo. Non enim pro focus tantum, sed & aris pugnavit.

2. Oleæ rami serenitatem; fulmen, severitatem notat, ut & alibi dictum est, & temperare hæc inter sese, boni Principis est. Nam ut pœnam delictis; sic & præmia par est esse virtuti. Cæterum fulmen Vulcanus alatum Jovi fabricat, ut apud Poetas est, ministerio Cyclopum.



*Reges Francorum.*

34

*Clodoveus Fran. Rex. ex Phramontium familia*

*Clotarius Fran. Rex ex Phara: familia*



*Childericus ultimus Francoꝝ Rex ex. Pharamon: familia.*

*Ludowicus III. Francoꝝ Rex. ex Pipini familia. Caroli Simplicis F.*



*Ludowicus VI. ultimus Francoꝝ Rex. ex Pipini familia.*

*Hugo Capetus. I. Francoꝝ Rex. ex familia Valerij Hugi Comitis filius.*





# I. HIEROGRAPHIA SIMPLEX REGVM GALLIÆ.

34.



Ertè tutissimus eras, & nunc es beatissimus Clodovæ, & quivis tecum: qui manus in cœlum erigit: & spem in Deo figit.

## II. Hierographia simplex.

Mente immota spectare & expectare rerum vicissitudines, si mortali-um quemq; Principes maximè decet. Decet enim sibi ipse imperet; qui aliis rectè imperaturus est. Agunt te injuriæ hominum & temporum, machinæ molaris instar. Quid tum? Tu tibi consta, Ac ut aquarum cursus convertunt non evertunt illam; sic tibi exercitio non exitio, qui & quæ tibi in-primis adversantur.

## III. Hierographia simplex.

Consilio firmatam sibi Galliam, præpotentis Dei & dicit & ostendit Rex, Licet enim de gladio Corona pendeat; nequidquam defenditur Re-gnum: quod à Deo deseritur.

## IV. Hierographia simplex.

Et Paulus Æmilius, & Crantzus Childericum scribunt fortunæ & Re-gno cessisse, amissa, qua regna stant, parentium benevolentia, Restitutum quoque in regnum fide familiarium Principis, Guimei. Nam mutatis civi-um animis (successoris insolentia, moverat desiderium exulis) dimidium Symboli (aureum erat) uti convenerat, Guimeus ad Childericum misit, quo agnito ex Thuringia in Galliam postliminio rediens, recepit regnum. Ita mutatio fortunæ Childerici, renovavit canam fidem Guimei. Ut aurum scilicet flamma; ita fortuna fides exploratur. Symbolum ipse divisum potes cernere. Tenent enim duæ dexteræ, suum quæq; frustum,

## V. Hierographia simplex.

Rana est animal in terra & aqua, in cœno puta victitans, ut sibi non in-juria vindicet, terram & lacus. Fortasse & hic Rex, impendentem calamita-tem familiæ cernens, respectabat quò se reciperet, aut Insulam aliquam de-feram, aut solitudinem, Vfus est Meccenas antè, ut Plinius scribit, cum ter-rore Romanorum. Hoc enim signo signabat litteras, quibus absente Octa-vio Cæsare, imperaret pecuniam: coaxans non sibi, at Principi.

## VI. Hierographia simplex.

Deside Domino suo, Hugo arma corripuit: & eo dejecto regnum oc-cupat. Ab hoc originem trahunt, qui hætenus Galliam Imperio regunt. Symbolum, exprobratio ignaviæ Domini est, Sed & injusta usurpatio, Im-perii herilis.

Francorum



Francorum Reges.

35

Robertus Valesius Rex Fran-  
ncorum. ii.

Henricus v. Valesius Rex Fra:  
ncorum. iiii.



Philippus i. Valesius Rex Franc:  
. iiii.

Ludouicus vii. Crassus Valesius  
Rex Francorum. v.



Ludouicus viii. Valesius Rex Fran:  
. vi.

Philippus ii. Valesius Rex Francor:  
. vii.



G 3

VII. Hiero-

## VII. Hierographia simplex.

35.

**H**ic non majorem à bello, quàm pace gloriam petit. Præclarè Palma pacis: gladius belli insigne, quo nec utitur bonus Rex, nisi pacis causa, ut quies civium, non hostium spolia concupita videantur. Nam si tantum licet, quantum potes; quod scelus potentiori erit illicitum?

## VIII. Hierographia simplex.

Cœlitus anguem tangi vides: & tandem præfractas cervices subdere iteratis ictibus. Ita aliquoties admonitum clementer, eum, qui viribus fretus luxuriat, tandem divina justitia perimit. Sed nos admonet tota Hierographia, ut contra hostem generis nostri, divinam opem sæpè poscamus. Tandem enim Dei auxilio ex insidiis eluctamur.

## IX. Hierographia simplex.

Scorpius hominem vaftrum repræsentat. Inter Principes eum hostem, qui aperto Marte non congréditur. In cauda enim vis nocendi inest. Dentem Plinius appellat, imò dentes. Nam quorundam caudam tribus dentibus horrentem scribit. Licet igitur eo ingenio hostis, pacisci nobiscum velit: & paratus sit tactis sacris jurare in fœdus; fidem non faciat, si sapimus: nisi sublata nocendi facultate: Per librum sacra intelligimus: per caudam, facultatem nocendi: per cultrum, unicam paciscendi legem.

## X. Hierographia simplex.

Elephas ex cassibus sese explicans: & fortunam virtuti cedere, non tam dicens, quàm declarans, bono animo jubet esse viros Principes & privatos. Nam multis hominum persuasum erat: Fortunam superiorem esse, quæ tamen si contra nitendo nequit; superari quid ferendo.

## XI. Hierographia simplex.

Sceptri apicem manus armata occupans, clarè sonat obediendum Regi. Non enim sine causa armatur.

## XII. Hierographia simplex.

Lilium insigne Regni Galliarum, in rupe inconcussa, vellet regnum hoc esse perpetuum. Sed & concussum est nostra tempestate: & periodus regnorum fatalis dicitur circumacta. De quo autem nemo dubitat. Solius Dei Regnum est æternum. Quidquid ortum est, occidit. Et herclè Capetus Dominos suos rededit in ordinem: quemadmodum Carolini suos, Si per Lilium, humanam Christi generationem intelligit; de manus, Nam lilio Mystræ Virginem Matrem assimilant.

Reges

Reges Francorum

36

Ludovicus ix Mitis Valerius Rex  
Francorum viii

Sanctus Ludovicus Valerius pri:  
qui Rex Christianiss<sup>us</sup> appellatus



Philippus iii le Hardi Valerius Rex  
Francor<sup>um</sup> x. Christian:

Philippus iii Pulcher Valerius Rex  
Francor<sup>um</sup> xi. Christian:



Ludovicus x Hutinus Valerius Rex  
Francor<sup>um</sup> xii. et Navar<sup>re</sup> Christia:

Philippus v Longus Valerius Rex  
Francor<sup>um</sup> xiii. Christia:



XIII. Hic.

*XIII. Hierographia simplex.*

36. **A**B annulo, cuius forma perfectissima est, exiens sceptrum, figura obelisci, quæ & perfecta, coronatum significat Regem mitem; cogitare nihil mortale; sed ad regnum cœleste piis votis aspirare.

*XIV. Hierographia simplex.*

Manus complexæ caduceum, pacem promittunt; & per internatas spicas, rerum copiam & ubertatem.

*XV. Hierographia simplex.*

Luna crescens significat hominem, dum spirat, sperantem, quod non diffidetur, Rex inter homines, Philippus III, cui magnitudo animi, Audaci nomen fecit: fatetur enim, dum vixit, semper sperasse, rerum suarum incrementum.

*XVI. Hierographia simplex.*

Gladius bellum: palma pacem notavit prius. Igitur dum hæc ipse, utrumque, dicit, neutrum ignorari potest.

*XVII. Hierographia simplex.*

Testudo domi & foris tuta est: suum enim tegumen, gladio inpenetrabile, uti animadvertis, vehit. Hoc ferè pacto, quorum regna benè sunt constituta, Reges civibus tutelæ, hostibus formidini sunt. Transferunt enim quò lubet, copias & classem, animum inprimis iusticia armatum, prudentia munitum: sine quibus animi præsiidiis, nulla vis, quantumvis magna, satis valida est.

*XVIII. Hierographia simplex.*

Caduceum, virga Mercurii est: pictura verò virgæ Ægyptiorum; Indicium pacis. Nam ut Feciales indicebant; Caduceatores finibant bellum, Virtuti igitur comes (quod in Symbolo supplendum) pax esse consuevit. Nam vera virtus, quæ vel prudentia est, vel sororum Regina, aut dat, aut accipit, æquis conditionibus pacem.



Francorum Reges.

37

Carolus v Pulcher Valesius Rex.  
Francor. xiiii. Christianis.

Philippus vi Valesius Rex Franc.  
xv. Christian.



Joannes i Valesius Rex Franco  
xvi Christianissi.

Carolus le Sage Valesius Rex Fr.  
xvii. Christiani.



Carolus vi Valesius Rex Franc.  
xviii. Christianis.

Carolus vii Valesius Rex Franc.  
xix. Christianis.



XIX. Hic-

## XIX. Hierographia simplex.

37. **Q**uoties repetam, junctis dextris fœdus publicè, ut privatim amicitiam exprimi? Et in publica concordia ac pace, rerum omnium ubertas est: quam non hîc primùm Cornucopiæ exhibet. Radii Solis supra fusi, Deum ipsum favere concordia declarant. Quod dicit alterum non deficere; de te dicit, Per se scilicet non stare, quin semel initia, semper pax duret.

## XX. Hierographia simplex.

Vitorem ulciscitur ultor, id est, laceffitus sæpè, laceffentem vincit & illatas injustè, fortiter vindicat injurias, Galea enim & lancea, ut cætera arma, ambobus communia sunt.

## XXI. Hierographia simplex.

Coruscans Stella est id, quod apparet: Corona Regem, qui non apparet, signat. Ad Symbolum accedo. Astra Regibus, sic enim tres Magos salutant, viam monstrarunt. Cæteris Regibus, suum cuiq; thema est. Qui verò astra regit Deus, longè clariùs piis & justis Regibus viam commonstrat, quàm vltus Horoscopus.

## XXII. Hierographia simplex.

Magistratui est potestas gladii: Hic rectè utitur, qui non cæcus iracundia sumit: at sedatè, & facie, qua in hoc manubrio exprimitur, aut mente potius ad Deum, à quo accepit conversa, quemadmodum Luna, curva ista facie in manubrio sculpta est, quidquid lucis habet, à Sòle, quem supra gladium vides, ut superior est Principibus terræ, Princeps Vniversi, accepit.

## XXIII. Hierographia simplex.

Matthiolus Plinium reprehendit, quod malè intellecto Aristotele, scripserit, viperam, Matris viscera arrodere, ex Patribus tamen, qui de Invidia Græcè scribit, invidiam cum vipera comparat: quod ut hæc matrem exest, haud secus illa perimat invidentem. Ignoscamus igitur huic Regi, qui subiectos at rebelles sibi principes, qui jam sunt filii, ut ipse parens Reipub. viperis confert, utcunque enim tenet; & quamvis cum sua pernicie, habet in potestate.

## XXIV. Hierographia simplex.

Salamandra iterum in foco, sed jam Italicè loquens: Me alo, nutrio. Si de virtute intelligimus, regiè: si de muliere leviter & amatoricè, utriusq; profectò ingens flamma est, & illius clarior lux.



Reges Francorum

38.

Ludouicus xi. le Hardi et Belli-  
qucux. Valerius Rex Francoꝝ. xx.

Carolus viii. Valerius Rex Francoꝝ  
xi. Christiani.



Ludouicus xii. Valerius Rex Francoꝝ. xxii.  
Christianissi.



Franciscus Valerius i. Rex Francoꝝ. xxiii.  
Christianissi.



XXV, Hie.

## XXV. Hierographia simplex.

38. **H**ystrix est, quæ spinas sagittales, ut Avicenna loquitur, id est, missiles, ut corrigi Gesnerus, in hystes, hi sunt canes, mittit. Nam assiduis aculeorum nimbis, hoc animans, ut Solinus, paulò melius loquitur, obruit canes, Propius ad rem, Ex quo, non satis scio, Francus referat, porcum fuisse Trojanorum, & planè nescio, an hic spinosus, belli insigne, quem Echinum Græci, Erinaceum Latini nominant. Vltus avos Trojæ, id est majores Trojanos Rex Galliarum est: quicumque Italiam defendit. Nam ut Romani, ita & Galli, à Trojanis genus derivant, Trojani autem, id est Trojugenæ Romani Italiæ, imò orbis domini fuerunt. Cæterum porcus insigne Romanorum militare fuit, Festo autore,

## XXVI. Hierographia simplex.

Inventum esse Cervum, cum Millo (sic appelleretur collare cervorum, ex quo canum, nec habet aliud nomen) in quo incisum esset Symbolum Cæsaris; credamus Regi Galliarum, aut Regum Galliarum Historiographo. Huius Regis Cervus immortalitati servit, aut cupiditati. Spectat enim coronam, quam si in cælo cupit, ferendus, Neapolitani enim vix annum regnantem tulerunt.

## XXVII. Hierographia simplex.

Crater in cælo oritur XV. K. Martias. Fit ut inter Eccipses. Qui usurpat, Ludovicus XII, in Regnum Galliarum, Carolo VIII, sine herede mortuo successit: & Insubriam capto Duce occupavit, Sic ad defectus Principum respexit. Fortunæ hinc, istic naturæ.

## XXVIII. Hierographia simplex.

Torquis est ordinis Procerum Regni Galliarum, ut apparet expensili bulla Archangeli Michaëlis. Erat inquam, jam enim abolitus est: & erat tremor immensi Oceani: quamdiu illa concordia stetit contra Barbaros.

## XXIX. ¶ sequens XXX. Hierographia.

Utraq; alibi exposita est.



Reges



Reges Francoꝝ

Claudia filia Ludonici XII. regis  
Francoꝝ Francisci regis uxor.

Helionora ab Austria Regina  
Franciꝝ Francisci regis uxor



Henricus II. Valensius Rex Francorum XXXIII.  
Christianissimus.



Henricus II. Valensius Rex Francorum XXXIII.  
Christianissimus.



H XXXI. Hic.

## XXXI. Hierographia simplex.

39. Candida candidis. id est, bona bonis. Digna Principe vox non foemina tantum, verum etiam viris. Nam ut naturae decet Principem esse facilem bonis; ita & severum oportet esse praefractis.

## XXXII. Hierographia simplex.

Si qua Phoenix est (fuisse perhibetur, Tacitus visam refert, quae tamen non visa est ea esse, & jam fama non species tantum perit) visa est Gallis Helionora, non tam ad Solem, quam virtutem solam converfis, & matronale decus, Nihil vulgatius, ex cinere, renasci creditum.

## XXXIII. Hierographia duplex.

Tres semilunae, inter se complicatae, cupiditatem Imperio occupandi tres orbis partes, aperiunt. Plenilunium vero, totius orbis. Examina utriusque Symbolum.

## XXXIV. Hierographia duplex.

Delphinus coronatur Principem Galliae exhibet, cui fortuna Regnum despondit: sic enim eum salutant populares, Sustinens globum terrae, ad Imperium terrae capessendum excitat, & quasi arrham dat, clauso intra anulum orbe, cuius pala Adamas est: quae tam in victum Regem fore, quam ille, omnium victorem, ominabatur. Atque haec prioris explanatio est: posterior non indiget repetitione,



*Francor. Reges.*  
*Henricus II Valerius Rex Francor. XXXIII.*  
*Christianissimus.*



*Catharina de Medici Regina Francie.*  
*Christianissima Henrici II uxor.*



*Catharina de Medici Regina.*  
*Francie Henrici II uxor.*

*Franciscus II Valerius Rex Fran-*  
*corum XXXV. Christianissimus.*



## XXXV. Hierographia duplex.

40. **V** Traq; antè posita & exposita, præter H. quadruplex: quod toties est Henricus: quia coronatum, Rex: quoniam sparfa Lilia Gallæ.

## XXXVI. Hierographia duplex.

Imò simplex, eadem. Symbolum enim idem planet: Feret lux ista quietem, serenitatem: hanc tempori, illam rebus interpretor. Hieroglypton antè declaratum, & idem est Corona istic, regis fortunæ: hic absq; corona idem, facultatibus privatorum, eadem Iridis imago promittit.

## XXXVII. Hierographia simplex.

In Hastiludio (longè enim aliud fuit armilustrium ludus, aut agmen Troiæ, apud Virgilium) periisse Henricum II. Annales testantur, testabuntur, inquam, posteris. Nobis enim vivax memoria est. Lancea igitur rupta, lacrymas conjugii movit: consternata enim est casside mariti refracta. Dolorem cuspis: Lethalis enim fuit.

## XXXVIII. Hierographia simplex.

Coronatum aureum nummum, ad Lydium lapidem dextra hæc explorat: & sic, id est, duris in rebus fidem explorandam docet.



*Reges Francorū.*

*Carolus ix. Valesius. Rex Francorum xxvi  
Christianissimus*

*H XXXIX Gm*



*Carolus ix. Valesius, Rex Francorū xxvi  
Christianissimus.*

*H XL G*



*Carolus ix. Valesius Francorum Rex xxvi.  
Christianissimus*

*H XLI G*



H 3

XXXIX. Hic

## XXXIX. Hierographia gemina.

4). **P**rimò. Samsonis forma, Hercules formatur: & utroq; majorem fore, Regem adolescentem, aula prædicat, si, ut Regem incendat gloria, bene: si ut depravet, malè.

2. Cervi odoris fragrantia, eliciunt abditas spileis serpentes, ut Plinius cum multis observavit. Et Reges, quod sciri volunt; nesciri nequit. Emunctæ naris sunt, omnia odorantur: Ne quis malitiosis consiliis obrepat, spe lactebrarum.

## XL. Hierographia duplex.

Vtraq; facilis & expedita. Prior introducit aut reducit veriùs Regem, qui duas columnas, id est, Religionem & Rempub. restituat.

Posterior, quæ declaret, illa puritati, hac æquitati restituta, rerum omnium abundantiam, & regni felicitatem: Non malè. His enim fornix & concameratio rerum divinarum & humanarum suspenditur.

## XLI. Hierographia duplex.

Caduceum, pacis nunciùm: Cornucopiæ, felicitatis indicium esse, quid toties repetam: Hæc tamen prior pars Hierographia est: posterior non impeditior, Nam duæ legum tabulæ apertæ sunt: Districtus gladius, qui hostes arceat; micat: Parma, quæ tucatur cives, prolata. Et hinc pax, quam signant Palmæ, in stædere, cum Burgundis, decussii Butgundica. Operæ pretium facturus non sim; si diadema & insignia Regni Galliæ, facere coner illustriora,



*Reges Francorum*  
*Carolus IX. Valesius, Rex Francorum XXVI.*  
*Christianissimus.*



*Carolus IX. Valesius, Rex Francorum XXVI.*  
*Christianissimus.*



*Carolus IX. Valesius, Rex Francorum XXVI*  
*Christianissimus.*



XLII. Hic.

**HIEROGRAPHIA**  
*XLIII. Hierographia duplex.*

42 **P**rudentia, sive prudens Rex: illa enim Regina est virtutum; us hic virorum, dum rationes subducit; Læva tenet Apographa ( Inventarium & Repertorium Vlpianus dicit) pacem reperit, imò habet domi, id est dextera; hæc enim manus, insigne pacis gestat. Repetundarum, & peculatus re- is, è medio sublatis; quos hic subjectos pedibus, flagrare justo incendio videmus.

2. Duz columnæ à statuis, forma non re differunt. Nam Pietas & Justitia Rempub. ut tibicines, ruituram aliàs sustinent, Illa quippe Deum veneratur, qui Respub. instituit: hæc homines tuetur, quorum societas, Resp. constituit. Habet illa lampadem; id est, cor ardens Dei tam boni, quàm magni reverentia; hæc ensen, vindicem scelerum.

*XLIII. Hierographia duplex.*

1. Spiram pilei agnoscis, distinctam clavis, & offendicem fibula revinctum. In centro, duo C, quorum alterum clamat Catolum: Alterum verò Christianissimum, Nam corona Regem aperte signat. Ad Symbolum oculos mihi jam attolle. Hoc vinculo & concordia bonorum compressa est, rebellium & facinorosorum hominum seditio, Atq; utinam fuisset.

2. Insigne Regni Galliæ, ac Monile ordinis coronatum, in conspectu sunt; & Regem regno incumbentem ostendunt. Quod ne quis ignoret; Symbolum adjectum est, Consilio scilicet, non impetu Respub. rectè gubernatur.

*XLIV. Hierographia duplex.*

1. Pales libram mutuata à Iustitia, quod nihil justius sit Agricultura, justæ rerum distributionis spem facit,

2. Prudentia verò typham læva tenens, & fluentem plagam retinens, rerum etiam minimarum curam Regi commendat. Nam ut de plaga taceam, quaecunq; capitis ornamentum est; muliebri est: Typham verò, in palustribus stagnantibusq; aquis nasci, si non videremus, Dioscorides nobis demonstrat. Et Matthiolus pappos eius ab egenis expeti ad tomenta, & grabatos farciendos adjicit. Nec imprudenter res abjectæ ventilantur: quod leves interdum injuriæ, ut favilla neglecta, graviter exardescant.





Reges Francorum.

Carolus ix. Valerius Rex Francor.  
xxvi. Christianus:

Elisabetha ab Austria Caroli.  
ix. reg. Fran: uxor. Max. in Jm. fr.



H XLV Gem.



Henricus iii. Valerius Rex Fran: et Polon:  
xxvi. Christianus:



H XLVI G



Ludouica de Lorena Henrici. iii.  
Regis Francorum. uxor.

Henricus iii. Borbo: Rex Franc.  
et Navar: xxviii. Christianus:



XLVII Imp.



H XLVIII

## XXXV. Hierographia duplex.

43.

Prior superiori demonstratione clara est, licet decussata jam sint columnæ, quod indissolubilis vinculi argumentum est. Non omnes eadem religio Respub. continet; sed quædam singulas necessariò. Dissilirent res humanæ, si non superni Numinis contingerentur metu,

2. Posterior re ipsa clarior, quàm hac imagine, non tantùm quod Caroli conjux, mortuo marito, Pragam rediit, & templum Deo, cui se consecravit, in Palatio condidit; sed & quod mortua vivat: & Gallis non minorem sui reverentiam, quàm desiderium suis reliquit,

## XLVI. Hierographia duplex.

1. Symbolo nil aptius ad Hieroglypton, nihil ineptius ad regnum imò ad omne vitæ genus. Amor enim temper amarus est. Cæterum Henricus III. amore ductus est, ut duceret, quam duxit lectissimam Principem Amoris testes sunt dextræ datæ, ut Amoris non odoris tantum vettonicæ sunt, inter pollices injectæ, & subjectæ liliis gratia omnium, quæ homini grata evenire, ab hac fructice, Antonius Musa, Augusti Medicus scribit,

2. Duorum Diadematum alterum Poloniæ, alterum Galliæ est. Tertium cæli, quod nihil in terris majus sperare, vel nimis spectare deberet. Illud loco sublimi & stabili: hoc in continenti, cuius littus verberant variæ procellæ, Balthicum mare Poloniâ attingunt. Gallia Oceanum & mare mediterraneum spectat. Sed aliud vult Mystra, Fluxa esse regna terrarum, & periculis variis, haud secus ac procellis exposita.

## XLVII. Hierographia simplex.

Buxus Palma est Belgica, quod hæc, infæcunda. Dioscorides fructuam, & Galenus Hericunte agnovit. Marem à fœmina distinguit. Fœminas Plinius negat fructum ferre, nisi prope marem conferantur. Quò respicit Regina Rege vidua. Nos respiciamus fidem, quam Marito in tumulo etiam fervet. Mortua enim Mundo, Deo, & secundum Deum, viro vivit.

## XLVIII. Hierographia simplex.

Strutiocameli & Accipitris pugna exposita oculis est: & ea à me non exposita,



*Reges Anglie.*

*Guilhelmus Conquerens 1. Rex Anglie filius Ducis Normandię*

*Guilhelmus 11. Rous Secundus Rex Anglie.*



*Hendricus 1. Rex Anglie 111. etc.*

*Stefanus Rex Anglie quareus etc.*



*Hendricus 11. Rex Anglie quintus.*

*Richardus 1. Rex Anglie sextus etc.*



I. HIERO.

# I. HIEROGRAPHIA REGVM ANGLICO- RVM DUPLEX.

**N**utra difficilis. Posterior ante in luce posita. Nec obscurum est, quæ imago prioris est. Leonem per media tela ruere frequenter, quod Rex animosus respicit.

## II. Hierographia simplex.

Scala in conspectu gestatoriâ est. Sunt & gradus. Per gradus autem, Rex inquit, velox esto: hoc enim dictum pura. Quid autem dictum, imò factum vult? inquires. Citius fieri, quod distinctè fit; quàm quod abruptè. Est quodam principium, medium, & finis in omnibus rebus, quæ si commisceas aut confundis; rem evertis; te; si non perdis; nequidquam fatigas: haud secus ac, qui ex scalarum gradibus, medios tollit; non ascensum aut descensum, sed ruinam struit.

## III. Hierographia simplex.

Crista galeam ornari, Heroum ætate receptum fuisse ex Homero patet; expavit enim Astyanax, patris per Cancellos cassidis oscula. Nunc ornantur, si non gravantur tegmina etiam viatoria, & urbana. Hic pennas, natura volatiles, venti non dissipant, licet agitent: ut aristas, culmina ad voluptatem. Facit hoc ordo & unio. Si tanti ponderis unitas & plurium ordo est, in te levissima; quanti rere momenti erit in Repub. ? Hoc enim Rex sapientissimus colligi vult.

## IV. Hierographia simplex.

Anchora est erecta, quæ jam parum differt à Cruce. Et hanc velle intelligi, nullo negotio capiet: qui leget attentè per ocium, Symbolum Regis. Per fatum enim voluntatem Dei, pietas intelligit: & Grammatici interpretantur Fatum: quod Deus ita fatus sit. In rebus desperatis, spem in Deo collocare reliquam, non tantùm pii, sed & prudentis viri est: toler enim divinum adesse, quando nullum apparet, humanis in rebus vel consiliis, auxilium. Quod Poëtas etiam non latet. Nam ubi actum est in Tragœdia, à Machina Deum adducunt, qui catastrophæ finiat.

## V. Hierographia simplex.

Duæ anchoræ decussæ forma, quæ & crucis est, coruscantes centrum, pleno Sole, augustiores sunt, quam maritimæ. Diademati profectò, vel ornamento, vel præsidio sunt, quod aère pender, & sunt Regno tam præsidio, quàm ornamento. Qui enim dicit, Christo duce, hoc vel insigne, vel signum Christi Crucifixi vult. Tutum, inquam, se cum mari tum terra: hac jam una anchora, ex quo composita: & verè sacra, ex quo dolatæ duæ, ut ita loquar in salutiferum signum crucis,

Reges

Reges Anglie

Ioannes Primus Rex Anglie  
vii.

Henricus iii. Rex Anglie vii. primus  
qui Hiberniam cepit.



45



Edouardus i. Rex Anglie ix  
et Hibernie.

Edouardus ii. Rex Anglie et  
Hibernie x.



Edouardus iii. Rex Anglie Francie et Hibernie,  
qui in bello uicit Regem Ioan. Francie.



I VI, Hiero-

RAPH  
GLICO  
PLEX

in luce positu  
nem per mediu  
quod.

ia simplex.

ex de gradib  
Quid tunc  
e in equam  
ambus et  
nequid  
non accitum

ia simplex.

et hinc  
dixit  
et uiridit  
et arbor  
et p  
et hinc

ia simplex.

differt  
per octo  
et Com  
rebus  
et p  
et hinc  
et hinc

ia simplex.

et hinc  
et hinc  
et hinc  
et hinc  
et hinc

*VI. Hierographia simplex.*

45. **H**Ecla in Hybernia, ut Ætna in Sicilia, Vesuvius in Campania quandoq; flammæ eructat, Ad Heclam suam Rex alludit; dùm faces virtutis regiæ attollit: veluti de speculo, & ita præluce popularibus virtute vult: ut præstat potestate. Felix profectò regnum; ubi non fortuna, sed virtus regnat.

*VII. Hierographia simplex.*

Longæva sit & pacis diurnæ indicium Palma; mortalium omnium sunt mortalia. Nec ab hac conditione vindicant, aut ausa fortiter; aut consultata sapienter: aut deniq; eventa fortunatè. Quod si rerum dominis, à sapientissimo Rege persuaderi posset; nã sibi melius, nò tantùm populo imperarent.

*VIII. Hierographia simplex.*

Sive casam istam, sive caveam mavis ( quanti enim operis vel operæ fuerit, aut parietes addere: aut indere cancellos?) in Xysto potest exercitata esse, aut in carcere coacta Regis virtus. Principes Anglorum certè Henricum Regem suum, cum filio Eduardo, & fratre Richardo, Imperatore Romani Imperii designato, in carcerem coniecerunt: ex quo Eduardus feliciter elapsus, conjuratos fortiter vicit: & piè patrem cum patre liberavit.

*IX. Hierographia simplex.*

Anacharsis dixisse non minus lepidè, quàm verè fertur: leges hominũ, esse araneorum telæ perfimiles, quale stamen hinc cernis, cum sua trama, & licio. Nam ut eam facillè perumpant vespa, in qua muscæ hærent; ita legibus, veluti vinculis teneri cõstrictas leves animas: quas potentia & impudentia vel fraude vel vi non difficulter perumpat. Quod cui Regum, semel persuasum (huic videtur) is, nisi Deum legum vindicem metuat; ardentius & audientius ad scelus accingitur. Sed homines non ferunt dissolutam legib. potestatem: & Deus, ut differat, tandem coërcet, ac castigat.

*X. Hierographia duplex.*

1. Delphinus pæne ludit nobiscum. Trachilus illudit Crocodilo, ut lepidè Plinius commemorat. Hoc refero, quod horum alter, poterat adulatoris personam subire. Balæna magis Regem decet. Sed cui nec nos temerè illudimus: periculosa enim est navigantibus: neque nobiscum ludit: si enim dorso non evertit, navim, efflat imbrem; quo obruat ac mergat. Si non hoc est ludere nobiscum, cum ex gurgite in altum salit. Dicitur certè *Φαλλαινα* *ἡ δὲ τῆς αἰῶνος ἀλλοειδῆς*. Et cum in cõspectum venit, piscatoribus fit prædæ. Planè, ut qui se adulatoribus patpandũ dat, sive princeps, sive privatus. Sed ut istic major præda; ita plures habet, quos in sinu quandoq; gestat, assentatores.

2. Hic Symbolum impeditius est Hieroglypto. Nemo enim divinarit: utram statuat altera superiorem: Sapientiam, an fortunã? Ex Hieroglypto apparet Regis sententia Statuit enim orbem fortunæ, supra orbem terrarũ. Sed Pace Regis dicam, nimis Regiè. Nam in regno Providentiæ, non est locus temeritati. Aliter multa eveniunt, quàm sapientia statuit. Nostra, fateor. Quam Divina, nego. Nec sapientia nostra superatur malignitate sortis. Fert enim si quid secus evenerit, qua ratione vincitur fortuna, patienter.

Reges

Reges Anglię

46

Richardus ii. Rex Anglię Francię  
et Hibernię xii.

Henricus iii. Rex Anglię Francię  
et Hibernię xiii.



Henricus v. Rex Anglię Francię  
et Hibernię xvi.

Eduardus vi. Rex Anglię Francię  
et Hibernię xv.



Eduardus iii. Rex Anglię Francię  
et Hibernię xvi.

Eduardus v Rex Anglię Francię  
et Hibernię xvii



*XI. Hierographia simplex.*

46. **S**erpens non serpens, sed in se spiris circumvolutus, animum variis curis Sexercitum, puta, significat. Dùm verò cœlum intuetur; animum, ut se & sua tueatur in Deum, qui cœlum habet, convertit. Ne efferatur rebus secundis, aut prematur adversis. Palma autem & laurus animum non cujusvis cingunt; sed aut benemeriti de Rep. aut imperantis. Quod autem cingunt; perfectionis est: quod simul; admirationis: quod deniq; ovali forma; ipectaculi & auræ popularis: est enim forma theatralis. Cum his omnibus mirè congruit inscriptio; videtur enim non à Rege sumta; sed Regi virtutis ergò data à Populo.

*XII. Hierographia simplex.*

Quod Symbolum loquitur; mussat Hieroglyphicon. Vides. n. Aram, & Coronam, atq; inter hæc, Ensem pro utraq; strictum.

*XIII. Hierographia simplex.*

Henricus V. Angliæ Rex, Normandiam & Metropolitim provinciæ, Rotomagum bello cepit. Caroli Regis Galliæ filiam, ea lege duxit; ut si quæ esset, ex ea soboles, succederet avo materno in regnum Galliæ. Dura conditio expressa Gallis: si vera, quæ impressa collectaneis Drefferi. Historia enim non erat ad manum. Dubitandi causa est, quod aliena à Lege Salica. Hic exponendi ratio est, quod Aquila, veluti à Jove, cujus ales est, Henrico V. Corollam mordicus offerat, in spem alterius regni, aut ut ipsa loquitur, Imperii.

*XIV. Hierographia simplex.*

Manus Deo non est incorporeo. Potestas manu denotatur. Nec potest Deus aliter ab homine intelligi, quàm intellectu humano. De fide taceo. Hic manus altipotentis Dei, catena suspensum tenet mundum. Quod autem hic pingitur; simile quid abs Homero scribitur. Catena certè Juppiter Deos tenet devinctos, nec dicam suspensos: exprobrat enim & minitabundus quidem Junoni. Nec aliud vult Rex Poëtarum; quàm Rex Britannix. Causas enim secundarias ille obligat primæ ac Principi causæ; hic dicit nihil in Mundo evenire, sine Deo; ex quo ipsa Mundi machina, à Deo dependet.

*XV. Hierographia simplex.*

Hoc quodcunq; vides utrinq; tenuatum; Fulmen esse, credere cogor Sculptori. Et quod studio properandi, Cyclopes Vulcanus, ab imperfecto fulmine, & massa ad huc rudi ad arma Æneæ cogit, apud Virgilium; credo non invitus. Non credo Regem Angliæ integra pietate, usurpasse fulmen. Nec jus, nec fas est, homini mortali, invadere potestatem Dei immortalis. Et qui olim fulmen, non dico, Jovi eripere, sed æmulari tonantem voluit; is, is graves pœnas luit apud Inferos. Lege Virgilium, imò Symbolum. Expiabit aut obruet. Quis? Deus. Quem? Orbem terrarum. Quo? fulmine, igne. Hoc, n. & Philo ostendit; & Hipparchus docet; & nostra deniq; fides nobis fidem facit. Rex fortè non huc prospexit; sed Deo vindictam in hostes & æmulos permisit.

XVI. Hiero-



*XVI. Hierographia simplex.*

Edouardus III, Rex Anglorum Gallos memorabili prælio ad Cressiacum vicit. Omnia silentio involvit vetustas. Cecidère Gallorum XXX. millia, præter socios & belli duces. Rem tantam vix abs oblivione vindicant Annales. Et nostri Heroes, qui perpetuare nomen volunt, litteratos contemnunt. Absint querelæ, licet & in Rep. necessaria, Edouardi nomen, Ordo Periscelidis, incolume hætenus præstat. Nam in tripudio, fasciam Virginis Adamatæ solutam, ut fit & labentem, humo sustulit: ac collo circumdatam, torque quovis pretiosorem habuit. Hæc illa est, quam hîc sculptam cernimus Ac ut liberaret ab opprobrio Amicam, malè illi precatur qui quid sinistri suspicaretur. Ego, ne diris obnoxius reddar, amorem vel castum, vel secretum patiar, Silentio præterire me nec Rex patitur, nec Hierographia finit: hoc esse initium & insigne Ordinis Britannici. At si quis Regum aut Reginarum mutarit ordinem vel aboleverit, ut in Gallia accidit; nonne periclitatur fama tanti Regis?



*Reges Anglię.*

*Richardus III. Rex Anglię Francię  
et Hibernię XVIII.*

*Hendricus VII. Rex Anglię Francię  
et Hibernię XVIII.*



*Hendricus VIII. Rex Anglię Francię et Hibernię  
XX.*



*Bolonia Valesia Regina Anglię  
Hendrici VIII. uxor.*

*Anna Regina Anglię Hendrici VIII  
uxor, soror Guilhel. Duc: Churę*



## XVII. Hierographia simplex.

47.

**H**Æc non est ancilla, licet succincta lumbos, at domina ni fallor, Prudentia. Nam prudentis est scelere animum purgare, imò Providentia: quis enim nostrum videt, quid serus vesper vehat? aut quis, si non providens salutis nostræ Deus, mundum ab immundo discreverit, ac separavit? Non nostri præsidii est mi Deus; sed tui subsidii. Non nostræ prudentiæ, sed tuæ providentiæ Non nostræ imbecillitatis, sed tuæ misericordiæ. Sunt igitur æterna: quæ Deus ex massa (redigentur hæc in ignem omnia) subducet, & emundata Mundo restituet, hoc longè eminentiori. Ara est: & in ara, flamma. Supra flammam gyatur Anguis, hac forma, forma æternitatis, ut nihil à me dictum; quod hic non pictum.

## XIII. Hierographia simplex.

Non solum animans hoc rationis particeps, quod sibi Imperium vindicare in terris videtur, ex amans societatis; verum etiam expers rationis, ratio ad societatem, & simul vivendi necessitatem cogit. Nos ratione præditi, & ab omnibus destituti animantibus, à plerisque horum oppugnati, injuriis naturæ expositi, & ut hæc omnia superemus, morti, velut noxæ dediti; qua humanitate ad societatem cogimur, ea feritate, omne commercium abrumpimus: & non modò abs humanitate ad feritatem, civili concordia, ad discordiam, vita ad mortem fugimus; verum etiam odio consortium generis, in conditorem generis peccamus, ruimus, dicimus. Quod autem conditoris Majestas, omnem elidat oppositionem, non fulmine, quo potest, aut potestate, qua valet; at hoc ipso, quod est: in Magistratum, qui vices Dei gerit, iras condunt, & reliquum bilis evomunt. Miseri. Nunquam miseriarum, nunquam beatitudinis, nunquam conditionis humanæ ancipitis, mihi invenit; quin Deum vana licet, grati animi laude prosequar. Nam me liberavit, beavit, servavit denique utraq; fortuna, & quavis fortuna statuit superiorem. Hic si de Deo taceam, homo non sum. Est enim Deus qui pro nobis aut veterno laborantibus, aut ignavia consopitis vigilat magis, quam dux gregis, grus, cujus gratia, tam altè hæc repetita oratio. Grus, ut insomnem somnum suspendat, altera ungue saxum tollit. Nihil tritius vulgo. Christus saxum Ætæna gravius sustulit; dum ærumnas nostras tulit, & fontium insons luit peccata. Gruem cernis, super truncam arborem casu alicubi confidentem. Nec à me dissentis. Sed non eadem sententia, quæ aure Symbolum, mecum accipies. Non dormit, qui vigilat. Quanquam enim hæc continuatio sit præconii divini; sunt qui ad Vicarios Dei transferant. Cedo, per me, tu etiam transferas, licet. Non enim laxo frena procaci lingua in convicia; at reprimo, & ut ferocios equos constringo habenis. Cum nos stertimus; excubant; cum deliramus; sapiunt: cum nos dormimus, ut breviter finiam, vigilant. Abstineamus igitur maledictis; & ea inchoemus, quæ dicta & facta faciant, ad salutem Reip. & dignitatem Magistratus. Ut glomus generis solvitur ac dissipatur, ni duce incolumi; ita cum Majestate Regis, Regni salus coalescit: nec potest hæc, absq; illa, diu salva permanere.

## XIX. Hierographia simplex.

I. Catarracta, præter vulgatum receptumq; usum, cancellatæ portarum fores sunt, catenis supra pendulæ, quas & unus, in re subita, dissolvat: cum tardius plures moliantur valvas. Hac elusus Annibal. Salapia est:

I 4

Carbo

Carbo ex Iulius Roma. ut videre est apud Livium & Appianum. Et videre usum & formam portæ catarractæ in dies est. Delectatum credibile est Henricum VIII. Angliæ Regem; non enim sine causâ coronavit, quanquam non eò tantùm spectavit; sed, ut adversus subitam hostium impressionem, probavit haud dubiè, machinam pensilem; ita non in uno, vel re vel persona, verùm in alio atq; alio præsidio; salutem suam collocandam existimavit prudenter; Nam ut res humanæ perpetuo motu feruntur; ita nec satis firma, quibus illas moderamur; humana consilia sunt, Quid igitur animû despondeam, si hîc spe cado? Viri prudentis non est. Regem igitur, quem non minus prudentia decet, quàm potentia, capere aliud consilium, par est: & in re cita hoc probare, quod agile & dextrum, non impeditum. Nam sicubi opus est factò; diu opus non est consulto.

2. Rosas natura discriminavit; quod nemo nescit; Regum Angliæ aliquis, familias gentis regiæ coloribus Rosæ distinxit, Hæc naturæ æmulatio, successoribus capitalis extitit. Ita purpurati cum candidis semper certarunt, donec connubio coaliti sunt in eundem truncum, truncatis veluti stolonibus, ne Remp. in posterum turbarent, utriusq; familiæ omnibus. Hoc consilium Jovius laudat, & erat fortasse necessarium. Sed quantò salubrius erat, non excitare discordiam? quam atroci, licet sano curares consilio? Documento sit Regibus nostris, ne qua re excitent, sed quovis pacto fomentum discordiæ extinguant. Cæterum Rex Angliæ ad hoc consilium spectat, dum spectandam exhibet rutilantem, ut ipse loquitur, Rosam. Nam sine spinis, loquitur, id est, sine gentilibus, qui spinarum instar pupugissent Rosam coronatam, Regem inquam, cujus gestamen erat coronata Rosa.

### XX. Hierographia simplex.

Hic Regiæ Angliæ tribuit, quod Galli Regiæ Galliæ. Refulget autem Sydus, intra circulum, quem Anguis in se revolutus facit, Micans Sydus, virtus Regiæ est celebris per orbem terrarum; quemadmodum illud toto suo orbe, qui æternitatis sit, diffusis radiis collucet. Dictum est de Hieroglypto. Dicamus de Symbolo. Boëtius supra fatum Providentiam statuit: sub fato fortunam, ut verè prudentiæ major sit fato; & castrorum vim, sapientiæ robur elidat. Nam licet in corpus illa quandoq; sæviant; animus, cujus fax est sapientia, lumen prudentia, liber fato; id est, nexu causarum, quas primum mobile causatur; non enim primo Mobili, at primo subjacet Motori, major & superior est fato; quoties sibi ipse constat, & non rapitur ab hac norma mentis. Ne quid faciam injustè; etiam si patiar infanda. Hoc animo, hac sententia, hoc decreto si fuit Regina; quo decet esse Princeps & Reges?

### XXI. Hierographia simplex.

Panduram positam cernis: & audis, versa est in lacrymas. Audivisti autem, vel legisti Henricum VIII. Angliæ Regem plures duxisse uxores, quarum alias necavit, alias repudiavit. Inter has est Princeps Cliviæ Anna quæ repudiata & relegata à Marito, cum Pandura, quod lætitiæ signû est, lætitiæ, id est exultantis animi motum posuit. Quanquam enim non indignè fortunam suam miserata sit; fortunæ tamen injurias constanter tulit.

Regos

Reges Scotia

48

Iacobus ii. Stuardus Rex Scotia. m.c.

Iacobus iii. Stuardus Rex Scotia. m.c.



Rubertus Stuardus Rex Scotia. m.c.

Joannes Stuardus Rex Scotia. c.



Iacobus iii. Stuardus Rex Scotia. c. i.

Iacobus v. Stuardus Rex Scotia. c. ii.



L. HIERO.



# I. HIEROGRAPHIA SIMPLEX REGVM SCOTIÆ.

48.



ORONA humi posita, quod jam firmitatis est, rerum se potentem Jacobus II. Rex Scotiæ declarat: exeuntes autem intra radios crux & gladius Regi pietatem & justitiam commendant. Et ipse quasi arripiens, pro lege, inquit, crucem: pro grege enssem capio. Hæc ego non dilungo: pietas enim fundamentum justitiæ est; & bellum nisi justum, non est bellum sed latrocinium; at distinguo.

## II. Hierographia simplex.

Gallina pollis incubat. Corona Regem refert, qui sub gallinæ simulacro, animum suum vigilem & devotum populo, significat Regiæ. Nam Regum Rex Christus hac similitudine *Φιλαυθοπία* suam, quæ omnem similitudinem excedit, nobis inculcat. Et Reges, per Christum, ni pro Rep. vigilent, cum Rep. occidunt, ita laboriosa non delicata res, regnum est.

## III. Hierographia simplex.

Si vanitas vanitatum est Mundus, & omnia quæ in mundo vana; quid nos mutuo incessimus mortales? imò laceessimus Deum immortalem. Est autem mera vanitas, auctore sapientissimo Rege Judæ; Salomone, non Machina mundi ita pulchrè à Deo facta, & numeris absoluta, nec enim hoc vult Salomon, quemadmodum furiosorum quorundam hominum opinio est: & cum omnia sint vana, nihil homine vanius est; cujus causa, Salomon vana asserit, quæ sunt tam perfecta; ut nihil sit tam exiguum, ex quo non, magna Conditoris laus resultet, qui etiã ex nostra vanitate gloriam suam collustrat: dum ex malis, quorum nos autores sumus, elicit bonum. Audiamus igitur alterum Salomonem, Regem Scotiæ, conantem nos, ex tantis tenebris eripere: restituere in lucem.

## IV. Hierographia simplex.

His ornari aut mori (gladios trajectos suprâ orbem signatum cruce videtur) decorum Rex putat; fortiter magis quàm prudenter censet. Est enim bellum ex malis; nec alia ratione, quàm necessitate & justitia probatum. Malim igitur, quæ potiores sunt, & arma armant, ut ita loquar, & verè: (nam sine his valde debilia sunt, atque in hos, qui sumere frequenter vertunt) legibus dixisse, quarum minister est, qui rerum inter homines, dominus est.

V. Hiero-

*V. Hierographia simplex.*

Nomen Dei hîc magis honoratur corona, ut jam olim receptum est primitias frugum offerre Deo: & quosdam flores ac frondes, ad usum stemmatis fecernere; quàm cingitur. Deus enim qui nomine terminatur, nullis terminis clauditur. Regem verò Deum intelligere, ex eo patet, quod in Symbolo dicit: In virtute tua, (supplebo, nescio an potero explicare mentem Regis) Deus non mea, spem rerum mearum, & regni omnem collocavi. Nam cujus fidei tutius commiserò hanc terræ portionem? qui orbem terræ universum, ut condidisti; ita & gubernas. Sic Regem dicere putato. Atq; utinam idem dicerent ac sentirent omnes Principes & Reges.

*VI. Hierographia simplex.*

Iterum Balæna: habet enim ora in fronte ex quibus nimbos, horresco referens, & memoria repetens Oceani tot tantaq; discrimina, efflat, quæ notæ belluæ, etiam Plinio notæ sunt. Et Musculus in vada præcipitem, assequitur, & jam jam prævertit tantillum pisciculum cum tanta Bellua conjunxit Natura. Est autem huic ille oculus, ut loquitur Plinius: quando prægravi superciliorum pondere, obrutis ejus oculis, infestantia magnitudinem vada, prænatans demonstrat, oculorumq; vice fungitur. Hoc autem voluit natura; aut veriùs naturæ parens Deus; ut qui Dei vices in terra obeunt; non nimis sese à grege hominum sejungant. Nam in pannoso quandoq; est; quod paludatum juvet, imò seruet. Jam Reges Scotiæ, quam nec ipsi cum Gallia comparant, semper Regibus Galliæ ad majora tendentibus auxilio, præsertim contra vicinos, vel cum exitio suo extitere. Atque eò fortè respexit Scotiæ Rex, si non Britanniam sibi despondit, in societate tanti Regis.



Reges

Reges Scotiae.

49

Jacobus III. Stuardus, Rex Scotiae. CIV.

Jacobus III. Stuardus, Rex Scotiae. CIV.



Jacobus V. Stuardus, Rex Scotiae. CV.

Jacobus V. Stuardus, Rex Scotiae. CV.



Reges Portugaliae.

Alphonsus III. Rex Portugaliae.

Alphonsus III. Rex Portugaliae.



VII, Hiero-



## VII. Hierographia simplex.

**P**ER hos duos scopulos, Galliam & Britanniam intelligo: lego enim apud Jovium & alios, inter hæc regna, veluti Symplecadas, Reges Scotiæ jactatos. In Symboli explicatione, non tantum est difficultatis, quam in observatione, 49.

## VIII. Hierographia simplex.

Utrumq; fortè, contundam, dum ambos inter se commitram, Gallia & Angliæ Reges: vel, observabo, ne hujus gratia, illius odium subeam. Quis verò mi Rex? si neutro loco, stabili gratia? Nam ut potentio rem esse oportet, qui bellum inter vicinos ociole spectat: aut esse tandem prædæ victori. Si utrumq; tempus intelligis, & ut alter Janus, ex præteritis futura conjicis; jam te non solum potentem; verum etiam Regem prudentem agnosco,

## IX. Hierographia simplex.

Non injuria Rex hic Coronam in cuspide statuit, quàm tempestates undique viderentur deturbaturæ. Perit enim & post uxor. Stat tamen adhuc, ut vaticinatus est; & Filio regnum Scotiæ mansit incolume,

## X. Hierographia simplex.

Fama est Regem Scotiæ Jacobum VI, sinistrum latus spatha esse, à Natura signatum. Et eà fortè hac imagine nummum signavit. Solent enim principes viri, ut de Alexandro Magno, & Scipione Africano accepimus, hujusmodi sermonibus delectari: & concitatam de se alere opinionem. Cæterum, pro me, inquit, hoc gladio utar, si me ipse, de quo nemo dubitat, reor in me esse. Anima enim in nobis est, quàm diu vivimus: etiamsi animus in cælo & terra procul vagetur,



# I. HIEOGRAPHIA

## REGVM PORTV-

### GALLIÆ.

**S**IVE Quercus, sive qua planta, tempestatem cæli & procel-  
las maris despicit; Rex Portugalliæ, sub hac imagine, imagi-  
nem invicti animi sui, videri gestit. Et quasi improperans  
fortunæ, sculpturæ insigni, vernacula verba adæquat. Nec  
undis terreor, nec ventis moveor, id est nulla res evenire mi-  
hi, aut objicere sese per se potest: quæ gressum meum tardet, vel revocet à  
præclaris fortibusq; ausis.

*II. Hierographia simplex.*

Velum ventis pandi, imò vela, quæ sunt Acatium, maximum: Thora-  
cium, in summo mali fastigio: Epidromus, ad puppim: & Dolon, ad proram)  
quicumq; vidit, hic videt. Sed omnia ventis credere; aut qua nihil certius est,  
tempestati permittere, Regis non est; sed Regis est consilio niti, & ubi con-  
suluerit, in tempore ad rem accedere. A consilio si abest, injustitia, quacum  
nihil fieri potest rectè: si ignavia, quæ omnia de format; si iracundia, si amor,  
& id genus alia: quæ lumen judicii, caligine obducunt: & majores  
tenebras rectis consiliis offundunt; quàm mari  
magno-ullæ tempestates.



Reges Portugaliæ

80

*Petrus Rex Portugaliæ. etc*

*Ferdinandus Rex Portugaliæ.*



*Joannes I Rex Portugaliæ, primus Fre-  
tu Herculeum transgress: Septã cæpit*

*Henricus I Rex Portugaliæ qui Africa  
littora classibus lustrare cæpit.*



*Eduardus Rex Portugaliæ, qui Tingin  
et Arcillam cæpit*

*Emanuel Rex Portugaliæ Florentissim  
qui amplissimũ in fãlia Imperiũ constituit.*



*III. Hierographia simplex.*

50. **O**bservant nautæ cælum, non ignari cœlestis, cum re maritima, cōmer-  
cii, & Cynosuram sub hoc hemisphærio. Servarunt & de cœlo Magi.  
Unde tribus illis Paganorum primoribus stella serenior refulsit, ut, vel opi-  
nionem artis suæ incerta scientia confirmarentur. Sive igitur Rex ad hos piè:  
sive ad illos, prudenter respexit; laudabilior eo est, qui fortunæ & ventis om-  
nia credebat. Nam ut piè, ita & sapienter possumus, imò debemus rebus  
nostris consulere.

*IV. Hierographia simplex.*

Momus, Deorum parasitus, in fabrica hominis, desiderabat hians pe-  
ctus: & per hiatum, patens ac reclusum cor, offensus haud dubiè, simulatio-  
ne istorum: qui aliud semper dicunt, ac sentiunt, nec homines tantùm, ve-  
rùm etiam, si possent, fallerent Deos. Sed nequidquam desiderabat. Nam  
Architectum suum, nullus Sinon fallit. Rimatur ille scilicet, arcana cordis, &  
penetralia plusquam Lynceis oculis terebrat. Unde etiam ab Apostolo no-  
men, laudem à Propheta invenit. At fallit nos. Conatur, fat scio. Sed quis sa-  
pientem fallit? qui tantum cuiq; credit, quantum expedit dicenti. Decipitur  
pactis; fallitur, conventis. Si in Lylandrum incidit; qui ut astragatis pueri,  
ludebat fide data cum jurejurando. Quasi verò sapienti illuderet vel Lyfan-  
der vel Sinon; & non pejerarent in suam perniciem, qui fallunt jurati. Rarò  
igitur sapiens aut nunquam fallitur. Et Rex hic ut potens, ita prudens; vide-  
tur hominum corda penitius introspicere, ac scrutari. Aciem enim gladii, a-  
cumen iudicii puta. Duo corda, exempli causa, trajecta statue. Nam si duo nõ  
idem sentiunt; multò minus plura. Nec hic Liliū florere; aut istic spicas  
tumere cogita. Telluris enim hæc fata sunt, non cordis. Cogita potius, aliud  
corde alium agitare; nec voto uno, ut ille ait; vivi; imò longè majorem esse  
animorum discordiam; quàm oris diversitatem. Hoc illud est, quod Rex  
sapiens rimatur acumini ingenii, ut dicebam, non ensis. Nec rimatur curiosè.  
Nam cum in Rep. versetur, quæ ut Mundi machina, ex rebus diversis, ita ex  
variis ac discrepantibus inter se personis constat; rationem prudenter horū  
init, quos aut in familiaritatem asciscit; aut Reip. gubernaculis admoveret. Qui  
enim gratia, aut commendatione, non iudicio ducitur; fieri non potest, quin  
aut ipse periclitetur, aut regnum exponat periculis. Accidit, ut cum Rep. ex-  
tremum tibeat discrimen. Præstat igitur in tempore de unoquoq; cognosce-  
re; quàm serò queri & quærere: Cur non idem utrumq; sentit? Cur non ut  
Balbus; ita & Brutus fidelis Cæsari? Si cognovit antè, sibi imputer, quam cõ-  
silio avertere poterat calamitatem.

*V. Hierographia simplex.*

Joannes I. Rex Portugalliæ, exercuit sese minus periculosa primum ex-  
peditione, & ferrum, id est, militem ense armatum acuit atq; animavit: ut  
per filicem trajiceret gladium; imò classem benè munitam & instructam o-  
mni bellico apparatu, trans mille pericula transmitteret, transmisitq; non  
minori felicitate quàm fortitudine.

*VI. Hierographia simplex.*

Magnis in animis insita est quædam gloriæ cupiditas, nec ea reprehen-  
denda, at laudanda & concitanda, ut in circo, applausum multitudinis; si ad ve-  
ram

ram gloriam fertur : nec auram captet popularem. Hic Rex Africæ littora clallibus lustrare cepit. Regiè: Regium enim est regni fines, sine injuria, si potest, extendere. At Barbari illi erant, ad serviendum nati : quos nisi presseris ; premunt te jugo : & quod possunt, non quod licet, volunt. Jure igitur quodam sibi à gratis posteris, perennitatem laudis pollicetur. Huic animi Re<sup>g</sup>ii proposito respondet Pegasus : alis enim ad cælum, ubi nihil mortale tendit. Calce autem calcat Leonem, id est, ingenio feras illas gentes subigit : & frenatas posteris tradit. Sumsit autem Pegasus à Bellerophonte (hujus meminit Homerus, illius Pindarus) qui vectore lapsò, cælum petiit, ubi Arcticum circulum spectat, pedibus æstivo orbi adnexus ; extremo ore, caput Delphini tangens : & Aquarii manum dextram, cervici applicans. Sunt qui Historicè rem exponunt, à quibus Natalis Comes accepit, Pegasus navis insigne quondam fuisse, sic dictæ & pictæ, ἀπὸ τῆς πικρῆς, id est compingendo. Ideò cupidius adjeci ; quod à Regis sententia, rei maritimæ studiosi non abhorreat.

### VII. Hierographia simplex.

Loco & Tempore bellum se gerere, id est, tempestive & consideratè dicit Rex, quem sequantur nostræ Reges & Principes : alterutrum enim prætermisum, in magnas præcipitat, cū ipsos, tum regna, ærumnas sapè. Quod autem hoc velit Rex Portugalliæ, ex Lancea manifestum fuit : quæ quia belli, bellum notat. Anguis autem callidè circum repens, ut umq; ostendit, Abest enim qui gester : & quoniam abest ; est occasio ac facultas obrepenti. Jam astutiam vitantis cuspidem ipse cernis.

### VIII. Hierographia simplex.

Hic circum orbem terrarum Oceanus fertur : & circumscribitur ; Primus circumdedisti me, quæ Prosopopæja est Terræ, fatetur enim primos fuisse Lusitanos, qui Rege Emanuele, classibus Oceanum ingressi : (quod nequidquam tentarunt, quo tempore, opibus maximæ valuerunt Persæ) terræ non aliquem sinum aut partem, sed globum circumnavigarint. Terram parentem nolim offensam, Verùm enim verò, non hæc fortassis terræ ; at terrogenum imò Lusitanorum assentatio, non sententia est. Nam Hispani de hac dignitate cum Lusitanis contendunt, Et Drakii Angli, non tantum Megillanis Hispani, magnum nomen est : Licet hoc tempore sit prior.



Reges Portugalię

Ioannes ii. Rex Portugalię et India-  
rum Orientalium.

Ioannes iii. Rex Portugalię et India-  
rum Orientalium.



Sebastianus Posthumus Rex Portugalię  
à rege Fesę in Africa cęsus.

Henricus ii. ultimus Rex Portugalię  
et Indiarũ Orientaliũ, antea presb. Card.



Reges utriusque Sicilię

Carolus Rex Neapoli Dux Calabriae

Robertus Rex Neapoli Dux Calabriae



*IX. Hierographia simplex.*

SI Hyeme istuc est ætas; quæ æstate ætas? id est, fœlicitas, & rerum omnium ubertas? Dicit autem istuc perpetuam æstatem esse Rex. Et nos si Regi Portugaliæ non habemus fidem; habeamus Regi cœli & terræ; qui terram & cœlum ita condidit. Quid enim toties eandem plantam decantabo?

51.

*X. Hierographia simplex.*

Cruz cognitu facilis, Nec lectu difficile; tu hoc signo, quod est Crucis, vinces. Quæ sententia, quod signum sententiæ, cujus animum subit; is licet ab omnibus destitutus, de quovis sibi hoste trophæum statuet. Quis enim Christo repugnet? qui hoc signo Carnem Mundum, & Diabolum vicit atq; superavit? Sumit à Constantino Magno.

*XI. Hierographia simplex.*

Concharum generis Pinna est Plinio, imò & Aristoteli; ex quo penè describit. Nascitur in limosis, subrecta semper; nec unquam sine Comite: quem alibi Pinnotherem, alibi Pinnophylacem appellat, planè, ut hîc, lib. Hist. Animalium V. Cap. XV. Is est squilla parva, & eà Cancer Plinio, καρκίνος μινος Athenæo dicitur. Hæc non ocio abundans scribo. Sed Concham video: & custodem ab hac forma differentem ac quasi deformem. Verùm enim vero sive Cancer hic, sive Squilla, sic enim à Cicerone non tantum Plinio appellatur, cibi causa, societatem inquit, cum Concha, dapis, cujus partem auferat, affectator. Et Sebastianus Rex Portugaliæ non cibi, sed aliqua causa, fœdus icit cum Regulo Fessæ profugo, cum Concha, id est Occæcato Principe; ut rebatur, ipse oculatus. Hoc ego conjicio ex hieroglypto; cujus gratia, ista recensentem ex veterum commentariis. Cùm nec me, nec ullum fallat, amicitiam ab Aristotele distingui; & Principes civitatesq; in fœdere, utilitatem sequi. Sed non semper alios fallimus, si quando voluptatem aut utilitatem in concilium adhibemus. Multò sapius ipsi nos. Hinc Tragicus iste exitus, belli Comici, Septentrionè vides. A Luna Conchas impleri, & exinaniri nemo ignorat. Quod si scisset Rex juvenis, boni ominis causa plenam Lunam detripisisset. Nunc dùm crescere potentia, & proferre imperium vult; vitam cum regno amisit. Video enim quod & boni ominis causa, crescentem Lunam exhibeat. Nec ita illa serena & cœla favebat consiliis; ut conatis luridus Cometes adversabatur.

*XII. Hierographia simplex.*

Regis eruditi, Symbolon eruditum Accitus, imò à natura, ab artis ad solium regium coactus, multùm diuq; haud dubiè deliberavit secum ipse, & cum familiaribus. Nec ita agitur navis in alto procellis & ventis (quæ causa est onerariæ hîc, velis pandendæ) ut ipse agitavit animo: succedendumne esset Nepoti, aut cedendum Philippo Regi Catholico, & ipsi Nepoti, sed non ex fratre, Genitus, n. erat ex Regibus, at non geniturus Reges, ea ætate. Profectò si cessisset; patriam servasset, & furiali bello, quod fatum eius excepit, liberasset. Nunc coactus, ut dicebam, popularium impetu magis, abnventiũ proximæ gentis Imperiũ, quàm consilio familiarium, ostendit se sapere: quid esset desipere. Nam cum dicit vel Oceano; vel Delphini; Uberes, & tuber, imò utriq; nihil verius dicere potuit. Quoties, n. mare cõmodum quidem,

K 4

intu-

intumescit iracundia; toties periculum vitæ affert non tantum fortunis, quæ tanto periculo petuntur. Et ipse ita blandiens generi nostro Delphinus, ut videatur esse confors generis, quemadmodum, præter Poëtas, Lucianus quodam loco refert, pinnam in dorso habet, quam ante cum Plinio cultellatam appellavimus, qua vel imprudens carinam perforet. Sumebat autem Card. Henricus cum regno Portugallæ, maris imperium; ut utriusq; imagine, non inconcinne, unam animi anxii sententiam expresse- rit.



# I. HIEROGRAPHIA REGVM VTRIVSQUE SICILIÆ, SIMPLEX.



**A**UREA non Regia tantum Sententia, Nam cui propositum est, omnia tolerare, & patienter ferre; hujus vita nihil moderatius. In moderatione autem, quemadmodum in temperamento colorum, egregia pulchritudo, Venus ipsa, est perpetuus tenor vitæ, quo æquid suavius? Debet autem sapienti esse propositum. Ferendum enim est, quod conditio humana vult: aut hujus arbiter statuit Deus. Jam multum refert, cum ad laudem, tum ad rem ipsam: volens feras aut nolens. Cum sententia congruit pictura. Crux, id est ærumnæ, quæ tamē patientia altæ, in florem germinant oderatiorem Rosa. Et hæc inter spinas crelcit, ne quis mihi in delitiis veram voluptatem quærat. Ad eandem sententiam pertinet scissa ferra rupes, quam minori compendio, fecerit id Annibal, ut Livius commemorat, aceto.

## II. Hierographia simplex.

His ducibus, inquit. Quibus, inquires, ducibus? fortitudine inquam, aut potius justitia, qua nihil fortius: utrumq; enim ensis sonat. Et prudentia, quam serpens notat. Rigida certè est, & injusta sæpè justitia: fera & immanis fortitudo: nisi prudentia gubernatrix accedat. Quid autem his ducibus aut quæritur, aut retinetur; sapienter anguis ostendit. Mordicus enim coronam fert regnanti: offert triumphanti.



Reges



*Reges utriusq; Siciliae*

52

*Fridericus Neapoli et Sicilia Rex*

*Ludovicus Andegauensis Neapoli Rex*



*Renatus Andegauensis Neapoli Rex*

*Dionisius Tyrannus Neapoli Rex*



*Volens Renatus Sicilia Rex*



III, Hiero-

*III. Hierographia simplex.*

52. **C**Remavit librorum partem Sibylla, in conspectu Tarquinii Prisci, Prætor Romanus, omnes libros Numæ Pompilii: Athenienses, eius qui de Diis non divina scripisset. Quem horum sequatur Rex, Oedipus divinet, ex eo, quod dicit: Recedant vetera, Prætorem videtur æmulari: qui post tot secula, Numæ commentarios deleuit incendio, Ego ariolor simulatibus, repudii libellum misisse: & optasse positos odiis finem discordiarum. Nam antiquitatis fuit studiosissimus, & cum de usu feudorum statuit; populi Romani jura non antiquavit.

*IV. Hierographia simplex.*

Digna Rege sententia, & quæ sententiam exponit libra, Sola enim justitia perpetuat regna & civitates.

*V. Hierographia simplex.*

Insignia sunt Andegavensia: quibus, sibi & posteris æternam pacem optat, à non cruce, sed Christo crucifixo, qui solus dare pacem, cujus rami circum surgentes sunt germina, & servare potest. Quod autem orbem terræ signent; ad dignitatem facit: Videntur enim cæteros Principatus obscurare.

*VI. Hierographia simplex.*

Ex Sicilia in continentem Imperium protulit Dionysius: & quas proferre aut non potuit aut nõ voluit, regni ærumnas, familiarium alicui explicavit. Jussu enim lautæ mensæ, inter optatas formas, in rosa accumbere, gladium repente, perforata testudine, supra verticem, de seta equina suspendit. Qua hic re expavescens, cum oculos à fornibus, manus à dapibus cohiberet: furentiq; similis, ex sede, metu exiliret; Rex eum complexus, & leniter arri-dens: hæc meæ delitiæ, quas vulgò mirantur, & tu antè prædicabas, nec aliæ sunt, eoq; graviores, quod non tantum humanitùs; verum etiam divinitùs multò atrociora impendent.

*VII. Hierographia simplex.*

Verba sacra, sed militis gloriosi, non Regis prudentis, si fiducia virtum loquitur: & brachio armato, inermis ratione animis respondet, si verò fiducia Divini præsidii; nec se nec nos fallit.

*VIII. Hierographia simplex.*


Non præceps in consiliis Renatus, bovem non equum suis decoravit insignibus: quod ille pedetentim, & hoc Gallicè Rex, eò perveniat: quò hic, si citius, non felicius. Non malè, quod Gallus, cui nationi innata præcipitania, sic enim dicatur ille animi fervor, laudi non est, & sæpè exitio. Malè, si quis diceret, inter eos, qui natura sunt cunctatiorès. Alii enim calcaribus urgendi: alii coercendi habenis,

Reges

*Reges Hierosolimitanor.*

*Godfridus Bullonensis Rex Hierusalem primus.*

*Baldwinus de Burgo Rex Hierusalem secundus.*



*Baldwinus Rex Hierusalem tertius.*

*Almericus Rex Hierusalem sextus.*




*Reges Hungarię Bohemię et Polonię*

*Wladislaus Rex Hungarię Polonię Dalmatie Crouatie Sclauonie etc.*

*Ladislaus Rex Hungarię Bohem. Dalm. Crouat. Sclau etc. Archidux Austrię.*



I. NIERO.



# I. HIEROGRAPHIA HIEROSOLYMITANO- RUM, SIMPLEX.

53.



OTFRIDUS quod armis regnum compararat, pace & legibus firmare statuit, ut ex palmæ pacificæ ramis videre est, & quidem Volente (pietas enim manifesta est) Deo.

## II. Hierographia simplex.

Ad nos, laudis Amor, Quos? qui licet excelso honoris gradu: (altior nullus est regio fastigio) ad altiora enititur: proferre, inquam nititur regni limites: aut plura regna occupare, quemadmodum hinc Capreolus ex rupe excelsa, in eminentiorem, salienti similis prospicit, si Rex non respexit ad Capram Amaltheæ, quam Juppiter, in cælo collocavit. Certè Antipatridem, Cæsaream, Ptolomaidem, Tripolim & Berythum vicaptas, cum ingenti Saracenorum strage, accumulavit regno, præter Apameam & Laodiceam Syriæ: Carras Mesopotamiæ.

## III. Hierographia simplex.

Omnibus gratus si hic fuit, nemo facile & verè dixerit. Nam etiam si Deo, ut apparet, apparente cum Stella, Angelo, & optimo cuiq; ; habet etiam Virtus, non vir tantum mortalis, æmulos & hostes. Hoc ex annalibus constat non alio unquam tempore, ira res nostras floruisse Hierosolymis. Instituit Rex ordinem Equitum, qui Rhodum diu tenuerunt, nunc Melitem habent & tuentur adversus Barbaros. Ne societatem Templariorum & Teutonicorum militum aspernatus est, licet ab aliis institutam. Ita omnium fovens, nullius invidens virtuti, superavit fortasse invidiam, ne non tam explodere Symbolum; quàm tantum Regem allatrare videamur.

## IV. Hierographia simplex.

Leonis effigiem in conspectu locat. Nec celavit animum Leoninuni. Nam cum Saracone, qui Ægyptum, reductis in ordinem Caliphis, occuparat; & successore eius Saladino, non domi retes, sed Ægyptum invadens, fortiter magis, quàm feliciter dimicavit. Hinc illud, Cedendum fortunæ, quæ jam verterat ad hostes: non nostra quidem ignavia aut socordia; sed discordia civili, ac contentione,

I. HIERO.



# I. HIEROGRAPHIA SIMPLEX REGVM HVN- GARIÆ, BOEMIÆ, POLONIÆ.

**V**LADISLAI Poloni audacia ingens contra socios & Barbaros ab Historicis colitur. Quibus si credimus; non tam falso, quàm ambitiosè dictum ab eo est: Me me vindice Hungaria restituerur in pristinam dignitatem.

## *II. Hierographia simplex.*

Ladislauum Austriam, Alberti posthumum fata ostendêre tantùm regnis hereditariis. Nam Imp. Fridericus impuberem educavit: puberem mors occupavit. Arcanum regiæ potestatis & voluntatis, quanquam adolescens, celandum scivit, Et ut Brutus in ligno cavo, ipse in Danubio profundo, altum celavit.



L

Reges

Reges Hungariae Bohemiae Poloniae

Mathias Hunniades, Rex Hungariae  
Bohe: Dalm: Crow: Sclau: et Bosniae

Wladislaus Rex Hungariae Bohem:  
Dalm: Crouat: Sclau: Bosniae etc.



Ludouicus Rex Hungariae Bohemiae  
Dalmatia Crouatia Sclauoniae etc

Ioannes I. Schipusienus Rex Hung:  
Dalmatia Crouatia Sclauoniae etc:



Rodulphus Bohemiae Rex, Dux  
Austriæ fil: Alberti I. Rom: Imp:

Ioannes Bohemiae Rex, filius He:  
rici VII Imperatoris.



*III. Hierographia simplex.*

**M**ATTHIAS ex carcere, imò morte eluctatus penè, de se, Durat, inquit; & quod non tantùm viveret, sed & regnaret, imò vinceret: Lucet, inquit, licet de Annulo videatur loqui, in cuius pala Adamas, quo non tacitè, invictum se esse gloriatur.

54.

*IV. Hierographia simplex.*

Huic natura & fortuna opposuerunt Uladislauum Polonum ex Elizabetha Austriaca, ferocem & ipsum, vel iuventa, vel iudicio Bohëmorum, à quib. in regnum, Georgio Bojebracio subiectus est. Graviter id Matthiam tulisse ferunt, qui cum Austria, Bohëmiam spe devorarat. Uladislauus nihil fortuna aut iracundia æmuli motus regnum suscepit, vel in cælum, si scansile esset: aut ipse non esset implumis, ascensurus. Nam cum Austriis, cognatis suis, quodam tempore, Hungariæ causa, simulates exercuit. Quocirca alatus ille Genius, qui ad apicem & coronam enititur; Angelus non est; sed cupiditas, omnia, regni parandi amplificandi causa, tentandi.

*V. Hierographia simplex.*

Speculum in theca illæsum, significat animi integritatem, in corpore, quo regitur, integro. Hoc autem de se voluit sentire vulgò homines: quod antè natus sit, quàm natura cutem pelle tegetet, membrana, inquam, frustra Nam ut ante diem natus; ita & mortuus in fuga, cum Turcis imparatus & imprudens congressus.

*VI. Hierographia simplex.*

Ita conatus est adversarios pacare. Nam cum ab altera factione, & studiis Turcarum adjunctus regnū Hungariæ invasisset Zepusius, Lupa gentilitia signavit Numisma, forte hoc non cogitans: illud, quod dicebam, agitans magis. Nam ut Lupa non suos tantum catulos, generis pignora alit & lactat, verum etiam gemellos Martis nutrit; ita se fore, omnibus Hungaris eundem, non his tantum, qui defenderant, sed & qui offenderant, demonstrant.

*VII. Hierographia simplex.*

Mascula sententia, Cura Remp. qui regnas, Et cum alii quietem capiunt, tu vigila. Onus, n. Ætna gravius sustines. Cæteris somnolentis: tibi quieto esse non licet. Somnus, tum non somnians, apud Homerum, Agamemnoni consopito simile quid in aurem insufurrat. Hic Rodolfus loquitur, non tam aliis, quàm sibi, imò & aliis rerum dominis. Rodolfo succinit ales Martius, in Lituo displodens guttur, & ipso sonoro ac Marito. Et dormitis Christiani Principes, Si vos non excitat tuba Imperatoris (scio de Rodolfo Alberti filie ista nos accepisse) evolvat è stratis, quo, nescio, veterno graves, aut bello leves, terror Turcarum.

*IX. Hierographia simplex.*

Neminem, inquit Joannes, admitto. Tu intellige, ad regiam potestatem, quæ impatiens consortis est. Nam ad Regni Bohëmiæ delitias, quo vis invitavit, non tantùm admisit, ut taurus fuerit, qui cum tauto Regem munificum comparavit. Præsertim cum hic nō sit de grege, at segete certamen. In pascua n. totus est diffusus. Quin & voluisse alicui Principum cedere, certis pactis, fama est, regno, quo indignior comparatio, & minus vera oratio est.

L 2

Reges

Reges Hungariae Bohemiae, et Poloniae.

Cassimirus Rex Poloniae Magnus  
Dux Lituaniae etc.

Sigismundus I. Rex Poloniae Mag.  
Dux Lituaniae etc.



Bona Sfortia Regina Poloniae Sigis:  
mundi uxor.

Sigismundus Augustus Rex Poloniae  
Mag. Dux Lituaniae.



Catharina Regina Poloniae Sigismundi II.  
uxor. Ferdinandi Imper. filia.

Elisabetha Regina Poloniae Sigismundi  
II. uxor. Ferdinandi Imper. filia.





*IX. Hierographia simplex.*

55.

CASIMIRVS II. cognomen iusti invenit, cuius colo em, multi Principum ementiuntur. Cur quod non simulant, non faciunt? Nam vera virtus altè radices agit: Simulata, citò arefcit nullo nixa fundamento. Cæterum Rex sui similes habere voluit plurimos. Hinc illa Palma ad vertus pondera, exurgens, ut intelligant, quos virtutis desiderium tenet, difficultas deterret: Iusti, nequidem totum orbem, si collabatur, elisurum caput. Nam vides mundi machinã Palmam premi non opprimi. Et supra Machinam, qui jam æternitatis index est, sedere mulierem nudam, id est, veram non fucam virtutem: quæ etiam laniat comas, ab æmulis irritata vel exacerbata; superior tamen erit temporis & hominum injuriis.

*X. Hierographia simplex.*

Calvaries est mortis meditatio: quam Philosophia, cuius liber subjectus magister est, plurimum facere cõvincit, ad regiam cupiditatem comprimendam: & conditionem humanam, variis casibus obnoxiam, sapienter consolandam. Igitur non injuria, ex cerebro, lampas lucet: quæ de oculis vanæ aut impiæ mentis, caliginem depellat. Quid agis? Eram, quod es, Quid moliris? Eris quod sum. Quanto rectius, mortalis cum sis, mortis memor, Deo pares immortalis? Symbolum enim latinitate donatum, nihil aliud vult; quam nos meminisse in tempore, iusti iudicii Divini.

*XI. Hierographia simplex.*

Cervam Hercules, quod Diana sacra, nec in certamine violavit. Et quanti Trojanis constitit, cœurem pro fera in Latio imprudentibus sauciâsse? Hæc Bona vel fando acceperat, vel legendo didicerat. Induit igitur Cervæ personam, Regina cum esset: capistrum enim maritale, imò regale est, quo devincta Regi Polonia, aut hinnuli potiùs, ætatem tum virentem & vigentem non celans: & sub arboris pacificæ, Maritum pacis custodem intelligens, umbra, Nemo me tangat, inquit, quod ex Petrarca. Tutâq; inter exteros vixit reverentia maritali. Mortuo marito, fuerunt, qui similtates sererent, ac foverent: inter matrem & filium, quæ causa fuit in patriam, cum detrimento filii, reditus. Quod exemplum documento sit Regibus & Principibus, quadruplatores, regis pestes, ab aula abigendi, ignavum fucus.

*XII. Hierographia simplex.*

Insigne Regum Polonia, Aquilæ quædam species est. Et receptum est insignia referri inter Hieroglyphica, nec malè: redeunt enim unde originem sumserunt. Mirum igitur non est Aquila Regem delectatum: & quod studiosus esset pacis, ea: quæ pacem, parva victoris præstaret. Hanc autem oculis objicit, quem rostro tenet, surculus palmæ. Jam fulmine Aquilam non tangi Plinius asserit. Hic quadrifariam coruscans fulgur Aquila non pavet, id est, quem jam dicebam Aquila delectari, iratos & armatos vicinos fert admodum sedatè.

L 3

XIII. Hie.

*XIII. Hierographia simplex.*

Uni Sigismundo ordine duas elocavit filias Imp. Ferdinandus, infelici utramq; fato, Catharina Anchoræ sacræ, id est Cruci Christi innixa, velut scipioni, in Deo (inquit) spes mea. Nihil facilius dictione. Sed multi sese impediunt in executione. Quis enim in Deo verè spem collocat? & non potius in bonis caducis? imò malis perennibus,

*XIV. Hierographia simplex.*

Nympha hæc, aut si quæ Nereidum, quam Triton, quo nescio transportat prioris conjugis sororem repræsentat; eamq; jam viduo Regi desponsam. Fortunæ enim inquit, omnia committo, in regnum alienum, sola Regis fide nixa, transiens, haud secus, ac qui, fragili vitam & fortunas committentes rati, in vastum se precellosumq; dedunt mare.



Reges Polonia.

36

Henricus Valesius, Rex Poloniæ, fili

Stephanus Bathorius, Rex Poloniæ

Henrici II Regis Francorum.

Magn. Dux Lituani. Princ. Transil.



Anna Regina Poloniæ, Sigismundi I.

Sigismundus III, Rex Poloniæ Sue-

Regis filia Stefani Regis uxor.

civæ Gothiæ, Selandiæ Vandaliciæ.



Reges Daniarū et Suecorū.

Fridericus Daniæ Noruegiæ Selandiæ Gothiæ Rex.

Christianus Daniæ Noruegiæ Selandiæ Gothiæ Rex.

pro Hier. Reg. Dan.

die Gothiæ Rex.



L 4

XV, Hiero.

## XV. Hierographia simplex.

56. **Q**uos hic subjectos Soli cernis, oculos esse mihi persuasit, qui scalpfit. Videre profectò oculorum est. Sed quid ex capite evulsi videant non video. Dicit autem Rex: Non cognoverunt præsentem lucem. Eruit igitur Rex? Non cadit in tantum Regem, tanta crudelitas. Nam qui non cognoscunt; erudiendi sunt, non necandi. Pæna est præfractis & obstinatis ingeniis: Mitibus ad pænitentiam receptus. Ego maluissem vespertiliones esse, non quod alia desint animantia, quæ lucem fugiunt, Sed quod vespertilionum temeritas noctu invalescit. Tentant aërem, quot vix tellus sustinet. Et volitans, si Plinio credimus, geminos pullos secum deportat, sui similes, egregia genitrix. Jam Alciatus debitores, scribit vespertiliones appellari, quod interdum latitent: noctu prodeant foras. Si obaratos, vespertiliones rectè appellamus, qui metu creditorum latitant; cur non damnatos omnes? aut audentes damnanda? Noctu enim involant in bona bonorum: aut vitæ dolum parant, vim intentant, & majori longè, quàm illi, licentia grassantur, increbrescentibus tenebris. Cæterùm sive sint oculi extra corpus, aut in corpore tenebricoso; Rex quæritur, de temporis sui & civium malevolentia. Semper vulgò homines, mutationes rerum quærent: & Principib, malè, si nequeant facere, dicunt. Fororum lividos oculos Rex indignabundus perfrinxit. Quamvis enim Regum sit, teste magno Rege, benefacere & malè audire; dictu tamen mirum est, ut leviter dicta, iniquè ferant, & gravissimè frequenter puniant. Jam tempus, quo Henricus secundus, in Gallia regnaret, in novatores rerum illapsus est, quorum causas dum cognosceret, in tanta claritate, non potuit obtuescere tantam, ac tam densam caliginem.

## XVI. Hierographia simplex.

Papavera somnium conciliant: regni curæ depellunt. Illorum manipulum, & hujus signum vides. Symbolum ut parum latinum est; ita rudioribus non obscurum. Italicum est.

## XVII. Hierographia simplex.

Mordet Regina hominem, non de plebe aliquem; sed qui amorem simulans, maximo & incredibili mœrore eam conficeret. Nam Crocodilus, quæ inter fecit, huic illacrymatur. Unde tritum sermone vulgi proverbium: Crocodili lacrymæ.

## XIX. Hierographia simplex.

Tres coronæ, totidem regna manifestè significant. Et quid certiùs, quàm cœlitus dari sublimia? cum nihil boni sit, quod non à summo illo & æterno Bono, veluti perenni fonte manet? Erat Sigismundus eo tempore, Rex Poloniæ & Suetiæ. Et erant, qui illi Moschoviam desponderent, ipse fortassis regnum cœli suspexit.





# I. HIEROGRAPHIA SIMPLEX REGVM DA- NIÆ ET SVETIÆ.

**F**IDES rara est, inquit, & fortunam vel occasionem in pila volubili statuens, sentit hominum plerosq; , leves, ventosos & inconstantes: qui ut illa velum cum vento, cum fortuna animos mutant.

## II. Hierographia simplex.

Regni insignia, Corona, globus, sceptrum, ensis Regibus aut calculis aut natalibus obvéniant; sed nisi à vigilantibus, non servantur. Certè nec navis oscitante hoc, qui clavum tenet.



Reges

Reges Daniarum et Suecor.

Ericus XIII. Sueviae Gothiae Vandaliae Rex

Gotfridus I. Sueviae Norvegiae Vandaliae Gothiae Rex.



Christiernus II. Daniae Norvegiae Zelandiae Gothiae Rex.

Christianus III. Daniae Norvegiae Zelandiae Gothiae Rex.



Nauarrorum Reges

Carolus Borbonius Nauarroy Rex

Ioannes Borbonius Nauarroy Rex.



III. Hiero

## III. Hierographia simplex.

**D**eus dat, cui vult. Quid bone Rex? Sceptrum, inquit, quod de caelo vides, pendere. Sed mi Rex, huius tibi ipse si fidem facere potuisses, non e regno in carcerem illapsus, vitam cum morte commutasses. Caterum non regni modò, sed omnium bonorum, inter quæ, fortunæ bona, infimo sunt gradu, Dator & præbitor est, rerum omnium dominus & omnium dominans Deus. Quod ad laudem Dei copiosum est; apud studiosos Divinæ laudis non necessarium: patet enim ut ab uno fluere numerum omnem; ita unum & summum Bonum, esse causam & originem bonorum omnium, corporis, animi, fortunæ, Et quæ his antè stant, ecclestium, immortalitatis & beatitatis Animæ,

57.

## IV. Hierographia simplex.

Nequidquam, nisi emissem. Militaris vox Regis ut apparet, acris in bello, & prudentis in foro. Frustra certè in pharetra sagittæ custodiuntur: ni, cum opus fuerit: exemptæ vibrentur. Et cui usui sunt Regi ignavo, & , ut iumento, visium suarum ignaro, vires? viri? exercitus? classes? regna? civitates? Ac quod vox Regis latius audiatur: quid vecordi scientia? imprudenti, rerum & Historiarum cognitio? Nil magis, quàm impudicæ; forma; latroni vires: prodigo res, & si quid boni aliis aliud, quo non rectè norunt uti. Ita à Regibus erudimur.

## V. Hierographia simplex.

Aquilæ cum Dracone bellum esse perpetuum Plinius narrat. Nec opus est teste. Observatur enim & demonstrationi perspicua, congrua est ratio. Uterq; enim virtutum fiducia alteri, & quidem propter pabula, quæ Draco non tantùm infestat, verùm etiam funestat, natura inimicus est. Atrox igitur bellum sæpè exoritur, & quidem in aère, crediderim, ut animantibus & inanimis voluptati sit. Cùm illis Aquila, his etiam Draco infestus sit, & contactu fædet omnia. Huius rei non ignarus Rex, Aquilam cum Serpente committit, hostium aliquem notans, quo cum bellum gereret, non cum Dracone, licet & hic Serpens sit, atq; appelletur, quod hostem viliozem duceret, licet strenuum, quem cum Dracone compareret.

## VI. Hierographia simplex.

F. quod S. complectitur est Friderici Filius, Arctoi. n. Patronymica habent non nomina aut cognomina, plane ut Græci, præter paucos. Quid enim aliud? Æacidæ, quàm Ajacis? Pelopidæ, Pelopidis filii? Christiernis autem III. erat Friderici filius, Son. enim ut Danis ferè, quemadmodum Germanis Filius, Hæc de Hieroglyphico. Gnome vera est. Nam pietas in parentes, non regnantium firmat, verùm etiam familias beat, ac perennat liberos

Debat autem præ cæteris, parenti Christiernus plurimum. Nam Rege, propinquo ac domino suo, in exilium exacto,

regnum Daniæ occupat  
Fridericus.

I. HIE.



# I. HIEROGRAPHIA REGVM NAVARRAE, SIMPLEX.

**R**ALLAS videtur belli simul & pacis insignia præferre, quod Regi prudenti libera ferè electio sit. Nam parit minori: cedit majori. Carolus bellum paci præferens, fortassis parùm honestæ, aut nimis cupidus armorum: *Requies, inquit, hæc certa laborum. Quæ? Arma, arma, hinc inde posita. Si in labore requiescunt Reges, quandò tandem quiescunt? Nunquam: Imperatorem enim stantem mori oportere dicebat Vespasianus Imperator. Licet ab eo Carolus dissonet. Nam ille non armis tantum occupari Principem regium ducebat; verùm etiam legibus. Sed animus militaris extra bellum, castra, aciem, nullam vitam ducit. Hinc Alexander metuere: ne ocio torperet, subacto orbe terrarum, & illum lubenter audire: qui innumerabiles esse Mundos assererat.*

## II. Hierographia simplex.

*Enavali erumpit navis: solent enim navigia in navalia hyeme subduci, & succlamat Rex, sub Sole, id est, in alto: sub umbra, id est, tecto: sed quid clara obscuro? virens: id est non situ putrens, aut dilabens vetustate. Se, inquam, clamat, licet, ut navis, fortunæ fluctibus jactetur, nec adversis frangi, nec prosperis extolli; sed patientem quietis esse juxta ac laboris, si per hostem liceat.*



Reges



*Reges Nauarrorum.*

58

*Ioannes. ii. Borbonius Nauarroru Rex.*

*Henricus. i. Borbonius Nauarroy. Rex*



*Iana Elberta Nauarorum Regina*

*Henricus ii. Borbonius Nauarrorum.*

*Henrici i. uxor*

*Rex.*



*Henricus ii. Borbonius Nauarroru*

*Margaretha Valesia Nauarroru Regi*

*Rex*

*na, uxor Henrici ii.*



M

III, Hiero-

*III. Hierographia simplex.*

58.

**D**Væ urnæ, (altera ignem efflans, altera aquam effundens) duo hominū genera in scenam introducunt, quorum alii in cælo, mente versantur: alii in terra hærent, non corpore solum; verùm etiam toto animo, in agendo occupantur. Neutri quidem reprehendendi, si studiis moderarentur. Prudentè enim Plato cum Mûsica Gymnasticen conjungit. Et Socrates Philosophiam è cælo reduxit; & inter homines, hominum sapientiam collocavit, non modo quod scire vires panè amittat & torpeat: nisi scire te, alii sciant; sed quod theoria, utamur enim eorum vocibus, à quibus accepimus, si non in praxim transeat, inutilis, imò & manca sit, ac ut in corporibus ociosis accidit, suo cum vigore, tum nitore destituta, Jam capere videor, quod urnæ non capiunt. Quid autem vult Rex, cum ait? Par obitus. Non aliud, quàm Rex & Propheta David: Stultus & sapiens peribunt. Mortales inquam esse, omnes mortales. Nam fama post fatum interris: & sedes extra terras differunt.

*IV. Hierographia simplex.*

Cælo septentriones, Mari cymbam aut lembum cernis sine clavo, velo, remis, remige: Horresco cernens. Nam si qui in carina forte cubat; quanto cum periculo, Deus bone, cubat? Etenim satis à ventis, & procellis, rostratæ navi & rebus omnibus instructæ, periculi est, Majori animo Rex: Quo fata trahunt, sequar, inquit: si tamen magni animi est sponte te in discrimen conjicere. Aut non intelligimus Regem: qui non fortunæ temerario arbitrio se permittit, quod navim compegit nobis, & in navi, agitationem animi & rerum suarum exhibet; sed res suas ac vitam Providentiæ commendat divinæ, Si hoc sentit, ego à Rege non dissentio. Prudentiam enim nostram mancipare Divinæ Providentiæ jus & fas. Incidunt etiam ea tempora, ex quibus solus nos Deus eximat. Me certè à regum potestate, solus Deus, Regum Rex liberavit, quod semper gratè refero: hic præterire nequeo.

*V. Hierographia simplex.*

Columbas simplices natura genuit, & socii amantes, ut studiosas pullo- rum. Hinc columbæ Nomen, cuius speciem gerebat, ad sponsum lana detulit, priori columba orbum: & sponte sub plagas, id est, in mariti potestatem concedit.

*VI. Hierographia simplex.*

Calvaria cum Angue, quem ex cadavere nasci tradunt, mortem hominis vel cæcis ostendit. Regis vox audax: Nunquam te timui, Christus enim immortem expavit, non ignarus, quid esset, separatio Animæ à Corpore. Nec contemnere pœnam peccati: nec nimium angi necessitate, hac enim conditione nati sumus; humanum est. Hic scio quid audiam: Non philosophari Reges. Ad quid magis regium. Non medius fidius delirare,

*VII. Hiero-*

*VII. Hierographia simplex.*

Et hercle sensu simplex. H. enim Hieroglyphicon est, & clare resonat Henrici Nomen. Diadematum circumfusa, boni ominis causa sunt. Nam vix unius Regni erat potens.

*VIII. Hierographia simplex.*

Annulus perennitatem: Pala splendorem significat, est enim circularis ille: hæc adamantis. Significant, inquam & pollicentur Regi ac Reginae Navarrae, quorum virtutes Mysta hic, cum clarissimis cœli luminibus comparat. Pollicentur, inquam simul id est ambobus, semper & sempiterno contubio constrictis, Et quod circuli extremitates, cornucopiæ instar, in pala coeunt; satis patet, quanta rerum ubertas, ex felicitate connubii regalis, in universam multitudinem sit redundan-  
tura.



*Nauarorum Reges.*  
*Margaretha Valesia Nauarorū Regina*  
*Henrici II. uxor.*

59



*Reges Austriae.*

*Theodobertus Rex Austriae.*

*Gidbertus Rex Austriae.*



*Reges Cypri*

*Perinus Rex Cypri*

*Iacobus Rex Cypri ultimus*



IX. Hiero-

## IX. Hierographia simplex.

59

**M**argaretha Valesia oratio ad Regem Navarrae, verbis subcincta, re-  
gravis & proluxa est. Me ambiens, non securus es, inferiorē genere, ne  
quid gravius addam, sed Regibus Galliae satam & genere conjunctam. Ab-  
rumpo orationē, ne oratio, exprobratio sit; aut muliebris cavillatio. Marito  
viduata & dictum servavit, & confirmavit facto. Caltham enim auro puro  
inculpfit: & in duram putamq; materiam, amoris sui constantiam incidit.  
Nam ut Solem aureum, flos aureus sequitur: eoq; oriente oritur: occidente  
occidit; ita se occidisse cum marito, præ se fert: nec lutem aliam exspectare,  
quàm qua maritus è tenebris resurget. Hic autem est Iesus Christus vita  
mortuorum, lux vivorum, salvus Beatorum, spes ærumnosorum. Hæc nos  
Regina docet, quantò potentior fortuna, (quæ nos cum beat, dementat) tan-  
tò imbecillior sexu, & lascivimus, O nos miseros! Me miserum!

## X. Hierographia simplex.

Lilium & Bellis, à Dioscoride illud, hæc à Plinio describitur. Mysta Li-  
lium florem regium asserunt, proceritate adducti, sed & colorem. Nam si ru-  
bet, Regem decet: si albet Reginam. Reges Galliae usurpant in Triade, non  
absque singulari mysterio. Hic ex uno lilio, geminae Margarithæ ascendunt;  
alludit enim Mysta ad totidem Reginas, eodem nomine, ut virtute insignes.  
Herbaria enim Margaritha, Bellis vocatur latine & bellius flos: Græcè  
βαλλίς, quasi βιάλλίς: quod algore hyberno invictus, quasi vi redivivus in au-  
ras irumpat. Quid Margarithæ herbariæ; cum Reginis Margarithis com-  
mune? Hoc commune, imò proprium & peculiare: quod ut illa fert, imò  
vincit, hyemis vim; ita hæc superant, potestatis licentiam: & imbecillitatem  
sexus.



# I. HIEROGRAPHIA SIMPLEX REGVM AVSTRIÆ.

**I**n Ægypto certamen ortum fuisse Herodotus narrat, de  
potentia Deorum. Vulcano palmam magna pars tribuit:  
quod ignis late populetur & vastet omnia. Huic illudit, & o-  
pinionem sectæ extrahit; qui congressus cum igne, in formæ  
statua: sed ventre projecto, atq; fistulato (Cera. n. qua erant  
foramina obstructa diffluente, vi caloris) ignis, aqua, qua  
venter testaceus tumebat, suppressus ac quasi suffocatus est. Minori compen-  
dio Rex, ut Regum edicta & dicta vehementiora sunt, ostendit, facibus in a-  
quam coniectis, elementorū, non Deorum (Christianus. n. est) Aquam esse  
potentissimam. Et de Elementis quaestio à Poëtis mōta à Pindaro inter cæte-  
ros, à Philosophis excepta & subacta est. Quid ambages quaero? & nō re-  
pondeo, ad Regis propositū? Omnia vincit Aqua, vincat, quid tū postea? Calore

M 3 cor

cor tumet: frigore subsidit. Non est aqua, mihi credite, quæ judicio Regis vincit omnia: quid enim ad Regem elementa? quorum natura & investigatio, ad homines ociosos pertinet; sed patientia, quam lentæ aquæ frigus aqua clariùs haurit: aut quid rerum & hominum victrix? Sapiencia hercè non est: ubi non est patientia. Hujusmodi Reges cùm habemus; quid parentes desideramus? aut Magistros quærimus? Benè olim dicti sunt Magistratus, qui Remp. tenebant, Regebant enim & mores.

### *II. Hierographia simplex.*

Leo manibus hastam tenens, ferienti similis & iracundo, Væ illi, inquit, quem feriam. Nondum ramentum jaculatur; & dum hastam mordet, iram refrenat. Quæ hæc imago? cujus sententia? Gidelberti Regis Austriae sententia: & animi ejusdem Leonini imago, digna Rege. Irasci enim peccatis Regem decet: sed tardè succedere ad vindictam, & generositatis suæ non oblivisci: cùm recordatur imbecillitatis aliorum.



## I. HIEROGRAPHIA REGVM CYPRI, SIMPLEX.



Quila ad rapinam: Lepus ad prædam videtur nasci. Et hunc venatur illa, à ventre stimulata quoties autem capit, despuit, non pari hoste congressa. Hoc autem à magnanimitate proficiscitur. Et Regem fortasse puduit, quos non conjicio, imbelles hostes bello subegisse.

### *II. Hierographia simplex.*

Pyxis Hesiodiana exhalavit omnia: nec quidquam reliqui fecit miseris Mortalibus præter spem, quem licet sæpe fallat, semper nos comitatur: & non discedit, quàm ubi conclamatum est, quod quando fiat Aristoteles alibi docet. Hæc Jacobum Regum Cypri ultimum lactavit diu vana. Et ipse nec spei vanitatis, nec conditionis humanæ imprudens, arbore sterili & arescente, animi sui sententiam, quasi bilem evomuit. Nam quod gaudium, cujus radix, spes est? incerta: fallax & illudens sæpiùs nobis: quàm nobiscum colludens. Miseri mortales. Nam cùm speramus; timeamus simul, necesse est. Animo igitur non constamus, sed jactamur, & licet speremus magis secunda, quàm metuamus adversa, (quod non est prudentis) animus vacillat, & spe pendemus, ut spe frustrati, majori ludibrio simus inimicis.

Reges

*Reges Burgundiæ Siccambroz Metensiu et Abissinor*

60

*Contramus Rex Burgundiæ*

*Bassanus Siccambrorum Rex*

*Hier prim. Reg. Varior*

H 11



*Sigobertus Primus Metensium Rex*

*Dauid Maximus Abyssinor Aethio pu. Rex*



M 4 I.H.I.E.



# I. HIEROGRAPHIA REGVM BVRGVNDIAE ET ALIORVM SIMPLEX.

60



Omniorum Macrobius quinq; genera distribuit: & me rep-  
tendi, te lector, hic legendi onere levat. Non semper nos lu-  
di in somniis certum est. Ego in Suecia cum essem in custodia,  
& nulla humanitus fulgeret liberationis spes; somniavi cum  
inem tūm ordinem. Ne hūc dicerem, de Regis somnio di-  
cturus. Sed cogit non invitum, Rex Regum Deus, qui me  
solus restituit in libertatem. Caterum Rex Burgundiaē Contramus, de ve-  
natione fessus, & prævntus tempore, in saltu alicubi cubans, cum armige-  
ro, dictu mirabile, somniat se subire specum: & istūc gazam ingentem, ma-  
gni precii invenire. Hūc videns, æstuarē, movere, voluere sese, ut animi af-  
fectum, corporis motus sequitur. Armiger aut nondum consopitus, aut mo-  
tu heri experrectus, egrediens ex ore herili, minutum quadrupes videt, hæ-  
sitare autem, & vadum quærere, ubi ad rivulum pluvia aqua fluentem ve-  
nit. Miraculo rei is attonitus (Luna pernox erat) & misertus animantis, gla-  
dio districto rivulum sternit: quem transiens animans aut anima domini,  
in spileum proximum, hiabat foramen exiguum, ingreditur: nec multo post  
regressum per os herile in herum sese recipit. Quo viso consternatus excla-  
mat armiger & Regem excitat. Rex ad se rediens somnium, armiger visum  
commemorat. Divinum, ut erat, id ostentum ratus Rex operas tempesti-  
vè cogit: & perfosso colle, subiectaq; specu thesaurum invenit, quem non  
in regia delicias, sed Dei honorem vertit. Ædes sacras à fundamentis eri-  
git: aut vetustate collapsas restituit. Fabulosum sit, quod vera narrat Histo-  
ria. Pium est, sic uti à Deo datis facultatibus, A quo enim accepimus, grāti  
animi est, bona ei referre accepta.

## II. Hierographia simplex.

Sicambros Bassanus Imperio tenuit, & jure gubernavit. Nam & in fili-  
um capitali supplicio animadvertit, superante, amorem patris, reverentia  
juris. Cum prodiret in publicum, apparitor ensē strictum flagro involutū  
antè ferebat, terrori fontibus; in fontibus solatio. Hūc res vel à Rege in ta-  
bularum relata: vel admiratione iustitiæ, Regis memoriæ, à posteris consecrata.  
Nam Symbolum ex Æneide Virgillii sumtum nemo ignorat: Discite iustiti-  
am moniti, & non temnere Divos.

## III. Hierographia simplex.

Draco Mystica disciplina Sabaëorum, Jovem repræsentat: quod hæc  
specie,



specie, stuprum obtulerit Proserpinæ: Romanorum verò non occulta sapientia, poscit vigiles & semper in aëtu milites, quod ea natura sit. Hinc ab illis ut Deus colebatur: ab his inter signa militaria, quæ sanctius colebant quàm Deos. Hic igitur manibus orbem, sive manus unguibus, tenaciores enim sunt, tenens, admonet pari virtute custodiendum esse Imperium, quæ comparatum. Nec immeritò, Nam nisi multis excidit: hisdem artibus servatur, quibus paritur regnum. Quid sententiam fundo? Ipse Rex, cum Poeta loquitur: Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri. Cui si quidquam credimus; fortunæ est quærere; artis servare.

IV. Hierographia simplex.

Leonem, de Tribu Juda, Christum à Mystis appellari & scimus, & diximus. Hic Leo, non alius crucem tenet. Quid igitur non, ut Leo injurias vindicat? Quod à patientia dictus sit Leo. Et profectò, Philosophorum, non Christianòrum modò sententia majoris animi est, ferre quàm inferre injurias. Lege Platonem, imò hinc Regem; quid enim intra cancellos me non contineo? Veritas persuadet, Nam ubi veritas fidem facit; vis, quæ plerunq; injusta est, hic non est necessaria.

SOLI DEO LIBERATORI  
MEO GLORIA.



INDEX ALPHABETICVS, IN  
 QVO SYMBOLA ET EORVNDEN  
 EXPLICACIONES VNA CVM  
 NUMERO FOLIORUM IN-  
 VENIUNTUR.

|  |  |          |
|--|--|----------|
| <i>Symbola S. et ado. Encharistia sunt XV,</i> | <i>Carolus IX, Rex Fran. habet XIII.</i>     | 85       |
| fol. 7. 9. 11                                  |  | 91. 93   |
| <i>Symbola S. Crucis, sunt XXVII, fol.</i>     | <i>Carolus Rex Neapoli.</i>                  | 114      |
| 13. 16 18. 20. 22                              | <i>Carolus Borbonius Navarra Rex,</i>        | 130      |
| A.   | <i>Casimirus Rex Polonia.</i>                | 124      |
| <i>Adolphus Rom Imp.</i>                       | <i>Catharina Sigisf. Reg. Polonia uxor,</i>  | 124      |
| fol. 38  | <i>Catharina de Medici Regis Henrici II.</i> |          |
| <i>Albertus I. Rom. Imp.</i>                   | uxor, habet III.                             | 87       |
| 38   | <i>Childericus Rex Franc.</i>                | 75       |
